Qui ruptis cum Berengario fœderibus habitis: non in Romanos quos offendere Albericus cupiebat: ſed in Tuſcos quos ſaluos eſſe uolebat: copias duxerūt: maribus ac fœminis aſportatis. Et aliq̄ndiu per ſingulos poſtea annos reuerſi: ſiquid reliquū erat abraſerūt. Itaq̄ infœlix Italia a Tyberiiſq̄ in Calabros & ab Aterno fluuio: qui nūc Piſcaria dicitur: in Salentinos & Tarentinū ſinum a Saracenis uaſtabatur. & ab eiſdē fluminibus ad alpes Hungari diripiebāt Nā Berengarius eā ſolū partē Italiæ tuebat̄ quæ nunc Lombardia uocatur. Inter hæc Ludouicus Boſonis ꝓuinciæ Romanæ & Burgundiæ regis filius: per Taurinos ſaltus Italiam eſt ingreſſus. Quem Berengarius ſecundus prælio ſuperatum captumq̄ ea conditione dimiſit: ut nunq̄ ultra Italiam cum exercitu ingrederetur. Nominauimus ſecundū Berengarium non tradita morte primi: quia nihil de ea apud ſcriptores inuenimus. Id aūt compertū eſt: a Berengarii primi initio ad Ottonis primi ex Germanis legitimi Impatoris coronationem: a Iohanne duodecimo pontifice factam annos quinquagintaquinq̄ interceſſiſſe. Qui Otto Berēgarium tertiū in Lombardia regnare permiſſum poſtea in exilium egit. Et ſex ſiue Imperatores ſiue reges Italia oriundos Italici habuerunt: Tres Berengarios: Guidonem Lothariū & Albertum. Inter quos Rodulphus Burgundus: et Vgo Arelatēſis regnauerūt. Interea Ludouico apud Germanos Francoſq̄ Impatori defuncto: ſucceſſor Corradus Auſtriæ dux fuerat declaratus. Et Ludouicus Boſonis Burgūdio cōtra iuſiurandum Berengario ſecundo præſtitū: per Tridentinos Italiam ingreſſus Veronam cepit. Vbi a Berengario captus excœcatuſq̄ abire permiſſus eſt. Berengarius cum Hungaris pacem firmauit. Qui Alamaniā denuo populati ſunt. Et Romani Alberti Spoletani regis auxilio freti: Ortanum obſidentes oppidū: Albericum illic Marchionē ce-

pere:ſuppliciūq; de eo ſumpſere. Sarraceni uero Garganū
tenentes:Beneuētum obſidione captum incenderūt:Roma
norumq; fines inuaſerunt. Qui(Guidone quodā duce)eos
repreſſerūt. Adeoq; Italis animi defecere:ut in pluribus op
pidis Saraceni ſimul & Itali habitarent. Sed Guido pulſis
Saracenis in urbem regreſſus:Iohānem pontificem decimū
de ſe ac Romanis optime meritū:interfecit. Cui Leo ſextus
ſurrogatus eſt. Et illi ad ſex menſes defuncto:Stephanus ſe
xtus:ſiue(ut alii uolunt)ſeptimus ſucceſſit. Interea Hungari
Alamaniā Alſatiam Saxoniamq; populantes:ab Henrico
Germaniæ rege apud Moreſpurgam magna clade affiicti
ſunt. Et Rudulphus Burgundionū rex aduerſus Berengari
um ſecundū in Italiam uenit:eumq; fauore proditorum reg
no pepulit:In cuius locū tribus annis regnauit. Deinde Hū
gari ad quos Berengarius cōfugerat Salardo duce in Italiā
uenietes:Papiam ui captā:ferro & igne magna ex parte ua
ſtarunt. Itali aūt quos Rodulphus nō ſatis tueretur Vgonē
Arelatenſem comitē in Italiā uocauerunt. Cui cedens abſq;
contentiōe Rodulphus:in Burgundiam ſe recepit. Vgo ue
ro ſuſpectos habens qui ſe uocauerant:multos in exiliū mi
ſit. Qui ad Arnoldum Bauarorū ducem cōfugientes:illum
in Italiam duxerunt. Et Veronenſes eum intra mœnia rece-
ptum:regem Italiæ uocauerunt. Vgo copias aduerſus eum
duxit:& prælio cōmiſſo uictor euaſit:Veronamq; recepit
Berengario ſecundo apud Hungaros:ſiue(ut alii uolūt)Ba
uaros defuncto. Berengarius tertius primi Berengarii ex fi
lia nepos in Italiam uenit:Anno chriſti noningenteſimotri
geſimoquinto:temporibus Stephani:ſiue(ut alii uolūt)Io-
hannis undecimi papæ. Quo tempore Saraceni Africā in
colentes:omnē Etruriæ oram maritimam populati ſunt. Et
Genuā circumacti urbem grauiq; obſidione preſſam cepe-
runt: omībus qui arma induerant trucidatis: Impuberibus

Saraceni & Itali ſimul
Io.X.occiditur
Leo.VI.ſurrogať.
Stephanus.VII.
Hungari ceduntur
Berengarius pellitur
Hungari Papiā uaſtāt
Vgo Arelatenſis.
Arnoldus Bauarus.
Ab Vgone ſupatur.
Berengař.III.in Italiā.
Saraceni in Etruria

ac mulieribus claſſe abductis: qui breui poſtea reducti ſunt.
Hoc tempore Stephano mortuo: & paulopoſt Iohāne un

Leo. VII. pontifex

decimo: Leo ſeptimus ſurrogatus eſt: & tertio eius pontifi-

Henricus rex obiit.

catus anno: Henricus Germaniæ Rex obiit. Cui ſucceſſit in

Otto ſucceſſit.

regno atq; Imperio Otto filius Mathildæ ſuſceptus Theo
derici Saxoniæ regis filiæ. Quo regnante Hungaros Sax-
ones inuadentes: Saxones ipſi uictos pepulere. Et Berenga
rius Italiam ingreſſus: ut primū Vgonem aduerſus ſe ueniē

Berēgarius in Sueuiā.

tem intellexit: retrocedēs abiit in Sueuiam. Interim magna

Agapitus. II.

fames uexauit Italiam. Et Agapito ſecūdo poſt Martinum
tertium in papam aſſumpto: Berēgarius cum maioribus co
piis rediit in Italiam. Ad quem mittens Vgo: pacem cū eo
pepigit: ea lege: ut ſe Italia excedente Lotharius filius et Be
rengarius Italiæ Reges appellati: æquo iure omnia admini-
ſtrarent. Viguitq; aliquot annis ſolo nomine conſortium:
quod Berengarius acri uir ingenio: Lothariū ſpreuit: apud
Papiam cum uxore Alunda nobili ac famoſiſſima muliere

Vgo obiit.

ſe continentem. Vgo apud Arelatum paulopoſt obiit. Et

Hēricus Bauarie dux.

Henricus Bauariæ dux Aquileia capta: in alias urbes duce
bat. cum Hūgari Italiā inuaſuri Iuſtinopolim petiere. quos
Henricus progredi molientes duobus prælis ſuperatos: in

Agrū populatus eſt.

Hungariam repulit. Ipſe uero omnem agrum ab Aquileia
uſq; Papiam populatus eſt. Ibiq; nauibus cōſcenſis in agrū
Paduanum rediit: Berengarium cōtra ſe uenientem timens:

Taxis in Italiam.

& deinde in Auſtriam ſe recepit. Taxis uero Rex Hunga
riæ in Italiam cum exercitu irrupit. Quem Berengarius pe
cunia placatū remiſit. Et Lotharius ſolo nomine Rex defun
ctus eſt. Cuius uxorem Alundam: ne cui nuberet Papiāq;
dotalem traderet: in carcerem trudit. & ſe Imperatorem ap

Albertus rex Italiæ.

pellans: Albertum filium regem Italiæ nūcupauit. Interim
Agapitus pōtifex & multi Italiæ proceres: Ottonem in Ita

Otto in Italiam.

liam uocauerūt. Qui per ForumIulii cum quinquaginta ar-

matorum milibus ingreſſus: Berengariũ & Albertum reg
no Italiæ deturbauit. Alundam Lotharii relictam ex carce
re eductam: uxorem duxit. Berengario & Alberto ſupera
tis ueniam dedit: Lombardiamq; omnẽ: Aquileia & Vero
na excepta: gubernandam permiſit. Et in Germaniã reuer-
ſus: ex Alunda uxore filium ſuſcepit: cui Ottoni poſtea ſe- Otto.II.
cundo fuit appellatio. Rebellauerant interim Ludouico Re
gi Franciæ multi proceres. Inter quos Vgo magnus Pariſi
enſis comes Ottonis ſororius. Aduerſus quos Otto uigin
ti legiones duxit: Ludouicoq; regnũ reſtituit. Albertus Be XX.legioneſ.
rengarii filius apud Rauennam cõſtitutus: Comacleſium na
uigio mercatores Venetos infeſtauit. Veneti claſſe parata:
Comaclum captum incenderunt. Interim Agapito defun-
cto Romano pontifice: Albricus quidã ciuis Romanus po
tentiſſimus per uim & factionem Octauianũ filium ſuum:
pontificem creari obtinuit. Qui Iohannes duodecimus eſt Io.XII.p uim creatur:
appellatus: uitæ parum laudabilis. Venationi enim & libi- uitæ parũ laudabilis.
dinibus erat deditus. Romæ tunc duo Cõſules erant: ex no
bilitate animi: & præfectus unus pariter nobilis: qui popu
li ius dicebat. Ex plebe aũt duodecim decuriones eligeban XII.decuriones.
tur: qui uicem Senatus tenebant. Romanis autem obedie-
bant uicinæ Etruriæ oppida: intra Vrbeuetanum Tuderti-
numq; agrum: & quicquid a Neapoli Beneuentoq;: & a
Marſis Rheatiniſq;: ad urbem ſpectant. Vlteriora partim
Græci: partim Sarraceni tenebant. Picenum & Spoleta-
num agrum incertum eſt quis tunc regeret. Berengarius cũ
filio Lombardiam & Romandiolam tenebat. Otto rebus
Franciæ ordinatis: Boleſlaum Bohemorum Regem domu Boleſlaus rex domat'
it. & Vgonem Comitem Pariſienſem cõpeſcuit. Aduerſus
Hungaros Germaniã uaſtantes pluribus diebus decertauit
ſolis noctibus prælio intermiſſo: Eoſq; tandem ad interniti
onem deleuit. Tres in eo prælio capti reguli: in poteſtatem Hũngari delentur.

Tres reguli necantũr.

Ottonis uiui ſunt perducti. Quos Germani laqueo ſuſpen
ſos prohibente Imperatore necauerũt. Ad quem tot uicto
riis glorioſum duo Cardinales litteras miſerunt: orantes: ut
Romanam eccleſiã aduerſus Iohãnem: & Italiam aduerſus
Berengarium liberaret. Moturus Germania Imperator: fili
um ex Alunda Ottonem apud Aquiſgraniũ Germaniæ re
gem coronauit. Iohãnes duodecimus Cardinales qui Otto
nem uocauerũt cõprehendit: & alteri naſum: alteri manum
amputauit. Otto Italiam ingreſſus: Berengarium et Alber
tum filium in poteſtatem accepit: & alterũ Conſtantinopo
lim: alterum in Auſtriam relegauit. Ambo uitam in ſqualo
re finierunt.

Cardinales mutilant.

Otto Berengariũ cum filio relegauit.

## EX LIBRO DECIMOTERTIO.

OTtonem Romam petentem: a Iohanne ponti
fice duodecimo honorificentiſſime ſuſceptum:
coronatumq; quidam tradũt. Alii a Leone oc
tauo. Quorum opinionem in decretis ſecutus
eſt Gracianus. Priorem ſentenciã Sicardus & Cuſentinus
probant. Lateranenſis autem bibliothecarius Iohannis tem
pore Ottonem ueniſſe Romã dicit. & q̃uis Imperatorem
appellat: quiſquis eum dyademate ornauerit: ſubticet. Inſti
tit apud Iohãnem Otto multis uerbis: ut a flagiciis tempe-
rans: uitam põtifice dignam duceret. Cumq; ille obaudiret:
archiepiſcopos & epiſcopos Italiæ conuocari curauit: co-
ram quibus pontifex argueretur. Sed pertinax in turpitu-
dine Iohãnes: Romam fugiens: in montibus delituit. Popu
lus ac clerus Leonem Romanum ciuem & Lateranẽſis eccle
ſiæ Scrinarium: qui fuit eius nominis octauus: in põtificem
elegit: & Otto confirmauit: atq; ad Spoletum ſe tranſtu-
lit. Sed populus Romanus a conſanguineis Iohannis inſti
gatus: eiecto Leone: Iohãnem reuocauit. Leo ad Ottonem

Otto Iohannẽ monet.

Io. XII. priuatur.

Leo. VIII. eligitur.

Imperatorem cõfugit. Quem dum reducere etiã per arma
Otto p̄parat. Iohannes poſt paucos menſes ꝙ rediret Ro
mæ obiit. Quidam in adulterio deprehenſum fuiſſe confoſ
ſum tradunt. Romani Benedictum dyaconũ ſurrogari ab
Imperatore petierunt. Et cum ille recuſaſſet: nihilominus in
beati Petri ſede ꝓ pontifice locauerũt. Indignatus ea re Im
perator: arma in Romanos mouit. Quos magnis cladibus
affectos Benedictũ dedere: & Leonem ꝓ præſule recipere
coegit: atq; in Germaniam rediit. Benedictus apud Hauſ-
purgam relegatus: paucos poſt menſes obiit. Et Leo ad ter-
tium menſem ſupſtes fuit. Infra quod tempus tradunt Mar
tinus Cuſenſis & nõnulli alii: Leonem ip̄m clero & populo
Romano eligendi pontificis auctoritatem abrogaſſe: & in
Imperatorem trãſtuliſſe. Sed Leoni defuncto: a clero popu
loq; Romano Iohãnes tertiuſdecimus ſurrogatus eſt. Hũc
Romani perſecuti ſunt: Dederuntq; operam: ut Iofredus in
Campania comes armatis ſtipatus: eum in Lateranẽſi patri
archio caperet: & in Adriani molẽ atq; inde in Campaniã
perduceret. Sed cũ Iofredus & unicus eius filius a Iohanne
Capuano principe trucidati eſſent: Iohãnes pontifex ad un
decimum menſem ſuæ calamitatis Romam rediit. Et Otto
his cognitis cum filio paratiſſimũ exercitum ex Germania
ad urbẽ reduxit: Conſuleſq; ac præfectũ cum decurionibus
in carcerem cõiecit: qui capturæ pontificiſ cauſa fuerãt. Con
ſules in Germania deportati ſũt. Decuriones eleuatiore ſuſ
penſi laqueo necati. Petrus præfectus ludibrio ꝑ urbis pla-
teas compitaq; tractus ac flagellatus: & deinde in Germa
niam deportatus eſt. Inter hæc Sclaui qui ſub Adriano Se
cundo et Sueropilo Dalmatiæ rege chriſtiani facti ſunt: Sa
racenos magna occiſione facta ex monte Gargano pepule
runt: & magnã eorũ partem Italia eiecerunt. Quoꝝ reliqui
as Hungari poſtea cõfecerunt: & orã omnem a Saracenis

Io.pont.moritur.

Diſcidium.

Leo pont.recipitur

Benedictus relegatur.

Ptãs eligẽdi pontificẽ transfert in Impatorẽ.

Io.XIII.pontifex.

Moles Adriani.

Io.põti.Romã rediit.

Sclaui xp̃iani fiunt & Saracenos pellunt

liberatam Græcis redimentibus reliquerũt. Sed dum Iohã
nes tertiuſdecimus in carcere agit: Saraceni ex Africa in Ca
Conſencia incendit. labriam delati: Conſenciam primariã urbem ui captã incen
derunt: ſicut archiepiſcopus eius urbis ſcribit. Candulphus
aũt Capuæ princeps Iohannis frater: qui Iofridũ interfecit:
Imperatori ſuaſit ut exercitũ in Calabriam mitteret. Miſſus
eſt Otto filius. Ad cuius aduentũ Saraceni Italiam relique
Otto iunior. re. Conflixit ergo cũ Græcis pluribus in locis Otto iunior
cum Saracenis cõfœderati: cõtra Impatorem fuiſſent: quos
multifariam afflixit: atq; pene omni Calabria Apuliaq; eie
cit. Sunt qui dicũt idcirco Ottonem Græcos perſecutum:
quia Nicephorus eorum Impator filiam ſuã ſibi deſponſa-
tam tradere noluerit: ac propterea græcos eũ interfeciſſe: et
Iohanni filio Imperiũ demandaſſe. Nec dubiũ eſt quin Ot
to ſecundus poſtea Theophaniam Iohannis Imperatoris
Græci ſororem in matrimoniũ acceperit. quã Iohannes ter
Otto.II.coronat. tiuſdecimus ſimul cum uiro in Lateranenſi patriarchio coro
nauit. Pater enim conſortem Imperii filiũ eſſe uoluit. In qua
ſolennitate Campuana eccleſia metropolitica effecta eſt. Et
Otto.I.in Viẽna: et Io XIII. Romæ obiit. Imperatores in Germania rediere. Pauloq; poſt Otto pri-
mus in Vienna Auſtraſiorum obiit. Et Iohãnes tertiuſdeci
mus Romæ. Cui Bonum ſecundũ nõnulli ſucceſſiſſe tradũt.
Benedictus. VI. põti. Bibliothecarius ꝓ bono Benedictũ ponit: eius nominis ſe
xtum: qui a Cincio ciue Romano in caſtellũ ſancti Angeli
Bonifacius. VI. truſus: uitam ibi finiuit. Suffectum Bonifaciũ ſeptimum ci-
uem Romanum tanq̃ minus canonice electũ Romani quar
todecimo menſe: Conſtantinopolim relegarunt. Succeſſit
Otto.II.in Bauaros. Benedictus ſeptimus. Quo tempore Otto ſecundus Hen-
ricum Bauarorum ducem ſibi rebellem domuit. Interim Lo
tharius Rex Francorum Lothoringhiam Romani Imperii
prouinciam occupauit. Et Aquiſgranenſem agrum popu-
Otto in Franciam. latus eſt. Ob quã rem Otto Imperator Franciam ingreſſus

Laudunenſium Sueſionumq; uaſtatis agriſ: Pariſiorum ſub urbia incendit. Rediens tamen apud Anxonam fluuium dum traiicit: accepit incommodum: pluribus ab inſequenti multitudine interfectis. Interea Baſilius Conſtantinuſq; Cõſtantinopolitani Imperatores: Iohanni genitori defuncto ſuffecti: Syriam primo populati: Cretam pulſis Saracenis receperant. Et in Italiam ꝓfecti: cõductis mercede quos ex Creta pepulerant Saracenis: Matherã urbem de Apulis deſtruxerunt: ꝓuinciamq; illam cum Calabria facile in deditionem acceperũt. Quibus cognitis Otto: cum cõiuge in Italiam uenit. et deinde claſſe delatus Dalmatia uaſtata Romã petiit: coactiſq; maximis copiis: apud Baſentellum cũ græcis Imperatoribus cõflixit: & pene ad internitiõem amiſſo exercitu ſuperatus: turpi fuga in ſcapham cõſcendit: et a piratis ignorantibus quis eſſet captus: et in Siciliã perductus eſt. Ibiq; cognitus promiſſa pecunia liberatus eſt: & a Siculis Romã remiſſus: de piratis ſupplicium ſumptũ. Otto cũ in Romanos qui primi ex prælio fugerant ulciſci non auderet: in Beneuentanos paris culpæ reos excanduit: eamq; urbem incendit: aſportatis exinde Bartholomei apoſtoli reliquiis: & ĩ Inſula Romæ collocatis: quæ primo Iouis hoſtia Lycaonia dicta eſt. Et ipſe Romæ obiit: apud baſilicam beati Petri ſepultus. Bonifacius ſeptimus quem Cõſtantinopolim relegatum diximus: genitoris Ferrucii potẽtia in urbem rediit: & Iohãnem quartumdecimũ cepit: & in caſtelio ſancti Angeli interfecit. Ipſe uero in ſua ſede repoſitus: undecimo intruſionis mẽſe apoplexi ſuffocatus eſt. Proceres Romani Ottone mortuo: q Romæ frequẽtes erãt: alii Ottonẽ tertiũ ſecũdi filiũ Germaniæ regẽ: alii Henricũ Bauariæ ducem primi Ottonis ex frẽ nepotẽ Impatorẽ poſcebãt. Sed cũ Creſcenciũ Numentanũ et alioſ quoſdã Italoſ ad reſumẽdum Impium nitentes cernerent: oẽs in Ottonẽ conſenſere.

Syria populatur.

Mathera deſtruitur.

Otto a græcis ſupat̃.

Beneuentũ incendit̃.

Otto Romæ obiit.

Pontifex ſuffocat̃.

Diſſenſio in eligendo.

Otto. III. eligitur.

Bonifacio. VII. Iohannes. XV. ſucceſſit.

Qui prius q̄ Romam peteret: ad cōponendas res Germanicas undecim aſſumpſit annos. Interim Bonifacio ſeptimo Iohannes quintuſdecimus Romanus patre Leone preſbytero ſucceſſit. Cuius tempore Creſcencius ſe Conſulem præferens: urbis dominiū cepit: parumq̄ obtemperantem pontificem male tractauit. Ille indignatus in Etruriam fugiēs: Ottonem in auxilio accerſiuit. Sed Creſcencius miſſis ad eum agnatis & amicis qui remanſerant in urbe: multa ꝓmittens redire ſuaſit. Venienti cum Senatu & magiſtratibus occurrit: pedeſq̄ oſculatus eſt. Sed uenit paulopoſt Otto: & a Creſcencio cœteriſq̄ Romanis obediēter receptus eſt. Obiit interim Iohānes quintuſdecimus: & Gregorius quintus Ottonis conſanguineus ipō iubente Imperatore aſſumptus eſt. Sed cum abiiſſet in Germaniā: ad Imperatorē tranſiit. Romani Creſcencium Conſulem creauere: permiſſa ſumma poteſtate. Is Iohānem quendam Græcū epiſcopum Placentinum litteris ornatiſſimū & pecuniis affluentem pōtificem declarauit. Cuius nomen aliqui ſupprimunt: aliqui ſextūdecimum ſeu ſeptimumdecimū uocant. Creſcencius muros urbis portaſq̄ muniuit: & molem Adriani magnopere fortificauit. Vnde poſtea caſtellum Creſcēcii appellatū eſt. Sed cum Imperator cum exercitu Romā ueniſſet: urbemq̄ obſediſſet: populus ad miſericordiam cōfugit: Germanoſq̄ patentibus portis admiſit. Creſcencius & Iohānes cōſilio inopes in arce ſancti Angeli ſe abdiderunt. Cumq̄ ui capi non poſſent: dolo deprehenſi ſunt. Nam ſpe ſalutis data: cū ambo ad Impatorem ſe cōferrent in itinere intercepti: Creſcencius confoſſus eſt: & Iohannes oculis orbatus. Tunc Gregorius quintus poſt undecimū mēſem ſuæ fugæ reſtitutus: ſanctionē de Impatoris electiōe fecit: anno xp̄i Milleſimo ſecūdo: quā huculq̄ per annos ſupra quadringentos ſeruatam uidemus: Solis licere Germanis principē deligere: qui

Iohannes. XV. moriť

Gregorius V. ſufficiť

Creſcēcius Cōſul Ro.

Io. XVII. antipapa.

Caſtellū Creſcencii.

Impr urbem recepit.

Gregorius. V. legem de Impris electiōe ſanxiuit: anno xp̄i. MII.

Cæſar & Romanoꝝ rex appellatus: ſi a Romano pontifice
confirmetur: Imperator et Auguſtus nominetur. Electores
ſex cōſtituti ſunt omnibus noti. quibus additus eſt ſeptimus
rex Bohemiæ. Gregorio defuncto Tholomeus Sergium
tertium ſuffectū tradit. Alii Iohānem decimumſeptimū po
nunt. Quo ad decimū menſem mortuo: Silueſter ſecundus
ſurrogatus eſt natione Aquitanuſ: qui tūc erat Rauennæ ar
chiepiſcopus. Eo defuncto Iohannes decimuſoctauus ſuc-
ceſſit. Et huic decedēti ſuffectus eſt Sergius quartus Roma
nus. Quo tempore magna fames afflixit Italiam. Et Micha
el Cathalaicus apud Cōſtantinopolim imperabat: Calabri
am & Apuliam de Italia tenens. Siciliā Saraceni ꝑmebant
Et Guilelmus Nortmannus cognomento Ferrabac Etruriæ
partem & omnē Romandiolam poſſidebat. quem a comi
tibus Romādiolæ originem duxiſſe tradit Conſentinus ar-
chiepiſcopus. Tācredo bis ſeni liberi fuerunt. Saruus Got
fredus Drogo Tancredus Vilelmus cognomine Ferrabac
Gunfredus Malegerius Robertus cognomēto Guiſtardus
Rogerius Alberedus Gottifredus & Frumētinus Ferrabac
cum Capuano et Salernitano principibus fœdere icto. Ma
lochium quoqꝫ Græcum ꝓ Imperatore Calabriā & Apu
liam gubernantem in ſocietatem traxit: expeditionemqꝫ in
Siciliam illi ſuaſit: pactione adhibita: ut quadrifariam om
nia capta diuiderentur. Profecti duces pulſis Saracenis Si-
cilia potiti ſunt. Sed Malochus prædam inæqualiter diui-
dens: Siciliam pro Imperatore retinuit. Diſſimulauit iniuri
am Ferrabac. Et longo itinere in Apuliam ducens: Melphi
am circumſedit: & in deditionem accepit: Occurrentemqꝫ
Malochum prælio ſuperatum fugauit: & magna Apuliæ
parte potitus eſt. Obeunti Gregorio papa: Sergius qui et
Benedictus Octauus Tuſculanus ſucceſſit. Rediitqꝫ tunc
in Italiam Otto: & Romæ mortuus eſt. Cadauer eius

Electores ſex: qbus ad
ditur rex Bohemiæ.

Io. XVII. pontifex.

Silueſter. II. pōtifex.

Iohannes. XVIII.

Sergius. IIII. pōtifex.

Saraceni Siciliā ꝑmūt

Guilelmi origo.

Saraceni ex Sicilia

Gregorio Sergius o-
ctauus ſucceſſit.

Otto. III. Rōæ morit̃

in Germaniam reportatum ferunt: ueneno a Romanis neca
Prima electō Electoꝝ
tum. Germani Electores tunc primū anno incarnationis ter
H. Bauariæ dux Impr
tio ſupra Milleſimū conceſſo iuri innitentes: Henricū Baua
riæ ducem Cæſarem declararūt. Qui annis duodecim ſuum
in Italiam diſtulit aduentum: in Galliis occupatus. Interim
Saraceni Capuam.
Saraceni Capuam ceperūt: & Barum obſederunt. Barenſi-
bus fame laborātibus: Veneti annonā importauere. Nec ta
men ſoluta obſidio eſt. Sed paulopoſt Græci ſimul & Ve-
Saraceni repelluntur.
neti claſſe cōiuncta Saracenos ip̄os multis occiſis repulerūt
Octauo circiter et milleſimo anno poſt chriſti ortū. Sequē
Hieroſolima capit᷑.
ti anno Turci Hieroſolima capta: a dominici ſepulchri: ec-
cleſiarumq̄: montis Syon: et Bethlehem uiolatione diuino
munere temperarūt. Adrienſis populus Venetoꝝ fines ua
ſtauit. Sed apud Lauretum cōflictus: ad eam inopiā perdu
ctus eſt: de qua poſtea nunq̄ leuari potuit. Comiti Guilel-
Drogo Apuliæ dn̄s.
mo Nortmāno defuncto: Drogo frater in Apulia ſucceſſit
Quem miſſus ab Imꝑatore græco Mel primo impetu pene
expulit. Sed inſtaurato exercitu: ſuꝑatis græcis amiſſa recu
Henricus coronatur.
perauit. Hēricus Romā ueniens: a Stephano octauo Impe
rator appellatus coronatuſq̄ eſt. Et Capuā ducens: Sarace-
nos inde expulit. Bubaganūq̄ Meli ſuffectum quia Sarace
nis fauerat: bello acerrimo eſt inſecutus. Erexerat per id tp̄s
Troia urbs erigitur.
Bubaganus in Apuliæ finibus Troiā urbem a fundamētis
in loco cui caſtra Hanibalis prius appellatio fuit: eāq̄ Græ
cis habitatoribus adimpleuit. Moxq̄ ad eā nouam urbem
Henricus admouit caſtra: dedenteſq̄ ſe ciues benigne exce
Henrici ſanctitas.
pit. Laudat᷑ hic Henricus: ꝙ cū Simegunda uxore ſua caſti
ſtitatē ſeruauerit & continentiā. Cuius ſuaſione Stephanus
Stephanus Hungariæ rex xp̄ianus fit.
Hungariæ rex cū populo ſibi ſubiecto xp̄i fidē accepit. Fer
turq̄ & ip̄m Imꝑatorem & Simegundā miraculis clarere.
Huius Hērici tp̄e Florētini Feſulas cepere: ex cuius populo
ac ruinis adaucti ſunt. Obiit aūt Henricus anno quarto &

uigeſimo ſupra Milleſimū noſtræ ſalutis. Eoq̧ anno Michael cognomento Atheuarcus: uel (ut alii uolūt) Cathalaicus: Græcoꝝ Imperio potitus eſt. Et Stephano octauo pontifici defuncto: ſucceſſit frater ſuus Iohannes: eius nōis undeuigeſimus: quem alii epm Portuenſem: alii laicū fuiſſe tradūt. Et in Germania Corradus Sueuus: qui apud Henricū ordines duxerat: Cæſar electus eſt. Tūc multi in Italia uel populi uel principes: in libertatē ſe erexere. Venit aūt Corradus cum ualido exercitu: Mediolanūq̧ obſedit. ſuburbia incendit eo propoſito: ut urbem quoq̧ rebellem igne cremaret. Sed admonitus a Colonienſi antiſtite receſſit: cum ille intra miſſarū ſolennia beatū Ambroſium urbem tuentē uidiſſet. Romæ itaq̧ ꝓfectus: a Iohāne decimonono coronatus eſt. Et deinde in Sclauos Hungaroſq̧ duxit: qui rebellantibus Italicis auxilia ꝓmiſerant: illoſq̧ depreſſit. Tunc defuncto apud Cōſtantinopolim Michaele Cathalacto Imperatori: Michael Etheriachis ſucceſſit: cui uxor fuit Zoi mulier præſtantiſſima. Græci ac Northmāni apud Aufidū amnem: inter ſe decertarūt: ſuccubuerūtq̧ Græci. Et Rodulphus Burgundionum rex cum plurimas ſuorū ſeditiones cōpreſſiſſet nec tamē quietem nanciſci poſſet: Corradi fidei ſe ꝓmittens regnum illi Burgundionū ſubmiſit: quod Imperator in prouinciam redegit. Et Burgundia poſtmodū longo tempore Imperialis dicta eſt. Iohāni undeuigeſimo defuncto: Benedictus nonus ſucceſſit. Cinnitus rex Anglorū deuotiōe ductus Romam uenit. & domū repetens: filiam ſuam Hērico Corradi filio in matrimonium collocauit. Corrado uita functo: Henricus filius eius ſucceſſit: eius nominis ſecūdus: qui aduerſus Odelricū Bohemorū regem dubio marte pugnauit. Sed altero anno reuerſus: Odelricum prælio ſuperauit cepitq̧: et tributariū factum dimiſit. In Hungaria diſſidētes de regno ꝓceres: Petrum regem pepulere: Alboino illi ſub

Michael grecoꝝ Impr
Iohānes XIX. pōtifex
Corradus Sueuus.
Mediolanū obſedit.
B. Ambroſii ꝓtectio.
Impr Cōſtantiñ. obiit
Rodulphus burgūdio
Burgundia Impialis.
Bñdictuſ. IX. ſucceſſit
Rex Angloꝝ Romā.
Henricus. II. Impator
Bohemoꝝ rex ſupat᷑

ſtituto: Petrus ad Henricũ confugiens: illius auxilio reſtitutus eſt. Venit enim in Hungariã Henricus: & Alboinũ deiecit. Romani interim Benedictũ nonum urbe deiecerũt: et Iohannem Sabinenſem epm̃ illi ſuffecerunt: Silueſtrũ tertiũ appellantes: qui nouem & quadraginta diebus apoſtolicã ſedem occupauit. Et Benedictus nonus reſtitutus uno menſe & diebus uno atq; uiginti cathedrã tenens: Iohãni archicanonico ſancti Iohãnis ad portã Latinam patrino ſuo uel uendidit uel permiſit: qui ſextus Gregorius eſt appellatus. Et anno uno & ſeptẽ menſibus dimidioq; ſedit. His cognitis Henricus magnas copias ſecum ducens Romã petiit. Et congregata ſynodo: Benedictũ nonum: Silueſtrum tertiũ: ac Gregoriũ damnari obtinuit. Et Sindegerus Bambergenſis epiſcopus: cui Clementi ſecũdo fuit appellatio: in eadem ſynodo aſſumptus eſt: qui Henricũ ſecũdum coronauit: Romanoſq; iureiurando adegit: ut a pontificũ electione abſtinerent. Tranſiit Henricus uſq; Capuam: & cõpoſita ꝓuincia per Romã in Germaniã rediit. Per quod tempus Saraceni Stuni oppidũ de Calabris occuparunt. Et interim menſe nono ſui põtificatus Clemẽs ueneno extinctus eſt: quod illi paraſſe creditus eſt Stephanus: qui ſucceſſit: Damaſus ſecundus appellatus: natiõe Bauaruſ: cui Bagnario fuit cognomen: & dies tm̃ tres ac uiginti uixit. Romani ad Impatorem miſere uſq; in Saxoniã: qui põtificem daret. Is Baunonem epm̃ Tullenſem uirũ ſimplicem ad papatum ꝓmouit. Cui per Veſuntiũ in pontificali habitu Romam petenti: abbas Cluniacenſis & Ildebrandus monachus Suaua Etruſca urbe oriundus forte obuiarunt. Qui eum ueluti apoſtatam corripientes: ſuaſerũt: ut papalia ornamenta deponeret: ab Imperatore nõ habente poteſtatẽ conceſſa: Eumq; peregrini habitu indutũ Romã duxere. Qui ad Cardinaliũ clericq; & populi conſpectũ perductus: ſe uelut incautũ accuſauit:

Bñdictus urbe deiicit̃
Silueſter. III. antipapa
Gregorius. VI. põti.
Henricus Romã petiit
Tres põti. damnant̃.
Clemens. II. põtifex.
Clemẽs ueneno necat̃
Damaſus. II. Bauarus
Romani ad Impatorẽ ꝑ pontifice dando.
Eps Tulleñ ꝓmouet̃
Papalia depoſuit.

qui paruerit Impatori: rogauitqꝫ ne ſedem Petri diutius ua
care ſinerent. Clerus ſuadente Ildebrādo Baunonem ipſum
in pōtificem elegit: Leonem nonū uocatum. qui Ildebrandū — Leo.IX.eligitur.
diaconū Cardinalem creauit. Interim Drogone Northmā
noꝝ comite in Apulia defuncto: Hunfredus frater ſucceſſit
Cui mortuo alter frater Gothfredus ſubſtitutus eſt. Et Gua
imaro Salerni principi etiā Northmanno a ſuis interfecto
Giſulphus ſurrogatus eſt. Hæc gens ambitioſiſſima Bene- — Beneuentū occupat.
uentum urbem Romano pontifici ſubiectā occuparūt. Ad
uerſus quos Leo pontifex cū auxiliis Imperatoris ꝓfectus:
in prælio ſuperatus & captus eſt. Quem Northmanni ho — Pōtifex capitur.
nore maximo affectū Romā remiſere. Qui paulopoſt obi
ens: Ildebrando Romanam eccleſiam cōmendauit. Interim — Leo.IX.moritur.
apud Cōſtantinopolim Cōſtantino Monomacho uita fun-
cto: Theodora uirgo Zoi Impatricis ſoror: duobus annis
Imperiū prudentiſſime adminiſtrauit. Eaqꝫ obeunte Micha
el cognomento Nouicius per arma Impator eſt factus. qui — Mi.Nouicius Impr.
eodem āno ab Iſacio Comiano deiectus Impio: monachus — Monachus fit.
eſt effectus. Iſacio item poſt quatuor annos p arma pulſo:
Conſtantinus cognomine Dioclizim accepit Imperiū. Et in
Italia Leoni nono ſucceſſit Victor ſecundus ex Bauaria ori — Victor.II.pontifex.
undus. Qui Ildebrandum ad Henricū Impatorem miſit: cū
ille in extremis ageret. Henricus Henricū tertium filiū ſuum
Ottonem Ildebrandi auctoritate fretus Cæſarē dixit. Et Vi — Otto.III.Impator.
ctori mortuo poſt annos duos & mēſes tres: Federicus na
tione Lothoringus abbas Caſſinenſis ſuffectus eſt: Stepha — Stephanus.IX.pōti.
nus nonus appellatus. Per cuius tempora Mediolanēſis ec-
cleſia: quæ per ducentos ferme annos a ſubiectione ſanctæ
Romanæ eccleſiæ ſe ſubtraxerat: prima inter alias eā maio-
rem ſuperioreqꝫ recognouit. Stephano ad octauū menſem
Florentiæ defuncto: quidā Romani diſſentiēte clero: epiſco
pum Velletrenſem in pōtificem aſſumpſerūt: Benedictūqꝫ — Bn̄dictus pontifex.

Gibertus clericus regni Italici admiſtrator.

uocauerunt. Et Agnes Henrici tertii mater Gibertum Parmenſem nobilem clericum regni Italici adminiſtratorem inſtituit. Gotfredus Mathildis comitiſſæ maritus in Italia potentiſſimus erat. Mathildis mater fuit Beatrix Henrici ſecūdi Imperatoris ſoror: quæ Bonifacio cuidam nupſit nobili & ditiſſimo ꝓceri: Luca urbe Etruſca uel potius agro illius oriundo. Incertū tamen eſt an ex hoc marito an ex alio Beatrix Mathildim genuerit. Mathildis uero Gothfredum et alterum uirum habuit: uiduaq; remanſit mulierū clariſſima.

Mathildis clariſſima.

hæc cum uiro Gothfredo. dum hæc agitur: Lucā in Etruria Parmam Regiū & Mantuam in Lombardia poſſidebat: & terram quæ nūc ſancti Petri patrimonium appellatur. Per quod tempus Mintio Velletrēſi epiſcopo in Romanū pontificem intruſo: cū Cardinales et epiſcopi liberā electionem facere nō poſſent: Senas ſe contulerūt: Ibiq; Gerardus Florentinus epiſcopus canonice electus eſt: Nicolaus ſecunduſ appellatus. Qui uir prudens formam pontificū Romanoꝝ a Cardinalibus eligendorū inſtituit: quæ tertia & uigeſima diſtinctione inter decreta cōtinetur. Et cōcilium generale apud Sutrium cōuocauit: in quo Mathildis & magnus dux Gothfredus fuit eius uir: et Guibertus adminiſtrator Italiæ ſeu cancellariuſ: & epiſcopi Lombardiæ Etruriæ ac Romandiolæ: ut puniretur intruſus: cōcurrentes. Ille depoſito pontificali amictu: Velitras remeauit. Et Nicolaus Romam petens: ſūmis honoribus exceptus eſt. Et Gothfredus Northmannus: qui Drogoni fratri in Apuliæ Calabriæq; comitatu ſucceſſerat moriens: Bagelardum filiū ſucceſſorem inſtituit. Quod frater eius Robertus cognomento Guiſtardus intelligens ægretulit. & nepote per arma pulſo: ducatū Apuliæ Calabriæq; accepit: adiecta Troia Romanis pontificibus parere ſolita. Et cū Aberadā uxorem amiſiſſet (ex qua filium ſuſceperat Boemundum) alterā duxit Sighelgardā:

Nicolaus .II. formam pontificū eligendoꝝ a Cardinalibus inſtituit.

Cōcilium apud Sutriū

Guiſtardus dux Apuliæ & Calabriæ.

Siſulphi principis Tarentini ex Guaimaro fratre neptem. Vocauitq; ad ſe Nicolaū papā ad res Apuliæ Calabriæq; componendas. Qui eo ꝓfectus Robertū Guiſtardum: ab excōmunicatione abſolutū: reſtitutis quæ de eccleſia detinebat: ducem Calabriæ et Apuliæ declarauit Ligium eccleſiæ Romanæ ſeu uaſallum faciēs. Qui magnū exercitū Northmannorum papæ cōceſſit: per quem Peneſtrini Tuſculani Numentani rebelleſ domiti ſunt. Et Galera ac Geradi comitis caſtella uſq; ad Sutrium uaſtata iubente papa. Cui ad ſecundum & dimidium annū mortuo: Anſelmus Lucēſis epiſcopus abſens ſurrogatus eſt: & Alexander ſecūdus appellatus. Robertus Tarentinos ſibi ſubegit: Et Matera eius ducatui adiecta eſt. Alexander Romam perrexit. Sed Longobardi epiſcopi Guiberto Parmenſe adnitente cōgregati: indignū eſſe dicentes: aliūde q̃ ex paradiſo Italiæ: id eſt Lombardia pōtificem eligendū eſſe: ab Henrico Imperatore obtinuerunt: diſſentiēte Agnete: ut papā eligerent. Illi coacto concilio Cadolum Parmenſem in antipapam elegerūt. Cui Longobardi oēs obediuere: præter Mathildim & uirum eius. Vocatus Cadolus a capitaneis circa Romam manentibus: in prata Neronis deſcendit. Romanis nutantibus Alexander cum Gothfrido Mathildis uiro apud lateranum ſe cōtinebat. Cōmiſſum eſt prælium: & Cadolus ſuperatuſ: repulſus eſt. Deinde poſt annū corruptis pluribus Romanis rediit. Et urbe Leonina occupata: eccleſiā ſancti Petri obtinuit. Sed irruptione facta per populum Romanū: ibi a ſuis relictus eſt. Quem Cincius Romanus præfecti filius p media ciuiū agmina in arcem ſancti Angeli perduxit. Ibiq; a populo obſeſſus eſt per annos ferme duoſ. Interim Guiſtardus mortuo Cōſtantino Diodizi Græco Imperatore: & illi ſuffecto Romano cognomine Diogene: Ciriacum ab illo miſſum apud Veſtiā Apuliæ ciuitatem immunitā degentē

Pōtifex in Apuliam.

Tuſculani domantur.

Nicolaus pōt. morit̃.

Alexander.II. pōtifex

Diſſenſio in eligendo.

Cadolus antipapa.

Cadoluſ in ꝑlio ſupat̃

In arce ſancti Angeli obſidetur.

Diogenes Impator.

Monſpiloſus obſidet. ex improuiſo intercepit: & Montempiloſum obſedit. Vbi dimiſſo Gotfrido fratre Barulum duxit ægregie munitum quod per tres annoſ obſedit: Rogerio fratre Brunduſiū ob ſidente: Gotfridoq́ꝫ illi opitulante: qui iam Montēpiloſum obtinuerat. Potitus eſt tandem Barulo Guiſtarduſ: et Got fredum claſſe in Siciliam miſit quem mox ſecutus eſt. Et Pa normum primā de Siculis urbem obſedit. Interim obiens

Michael Græc. Imp. Diogēnes: Michaelem Cōſtantini Diodizi filiū habuit ſuc ceſſorem. Et apud Romanoſ Cinciuſ cū Cadolo in arce clau ſus: territum antipapā coegit: ut trecentis argenti libris ſibi

Antipapa aufugit. in uice redemptionem datis: Strigoſiſſimo aduectus equo:

Otto Coloñ archiepſ aufugeret. In Germania Otto Colonienſis archiepiſcopus apud Henricū adoleſcentem artibus uſus ut Agneſ admini ſtratione pelleretur: ſibiq́ꝫ gubernatio committeretur. Qui ueniens in Italiā: ordinatis in Lombardia rebus: Romā per rexit: cōuocatoq́ꝫ clero: multis uerbis Alexādrum increpa uit: qui pontificium Romanū iniuſſu Cæſaris præter conſue tudinem accepiſſet. Reſpondit ſibi Ildebrendus archidiaco nus: cōſuetudinemq́ꝫ illam malā eſſe oſtendit: & iuſte reuo catam. Quo audito Otto: ſibi ſatiſfactum duxit. Petiit ta

Concilium Mantuæ. men ut pro pace populoꝝ concilium Mantuæ fieret. Annu it pontifex: & cum Cardinalibus eo ſe tranſtulit: ubi omēs

Sedes apoſtolica magiſtra recognoſcit. eum uenerati ſunt: et apoſtolicā ſedem magiſtram recogno uere. Reuerſus Romam: pacificā urbem reperit: ſed Campa niam perturbatā. Riccardus enim Northmannus cum filio ſuo Guilelmo Capua ſubacta Beneuentoq́ꝫ inuaſa: Cepeta num obſidebat. Rogerius qui Brunduſiū aliquandiu cinxe

Rogerius decipitur. rat obſidione: a ciuibus deceptus eſt. Qui ꝓditionem ſimu lantes: quarta uigilia Northmānos proceres ad quadragin ta cum totidem militibus intromittētes: interfecerunt. Eorū capita ad Imperatorem Cōſtantinopolim miſerunt. Et Gui ſtardus apud Panormū Gotfrido relicto: in Apuliā rediit

Tranamq; obſeſſam decem mēſibus cepit. Et Panormū eodem tēpore captū eſt. Anno ſalutis tertio & ſeptuageſimo ſupra Milleſimū: Ildebrandus archidiaconns Mathildis comitiſſæ auxilio fretus: Riccardū & Guilelmū obſidione pepulit: & quæ acceperāt reſtituere coegit. Et Alexander pōtifex inſtāte Agnete Imperatrice: Guibertū Parmenſem: cuius mentionem fecimus: archiepm̄ Rauennatis eccleſiæ ordinauit: præfatus quod in prophetiā ceſſit: Illum eccleſiæ Romanæ & animæ ſuæ maximo incendio talem eccleſiā accepiſſe. Et Cadolus impetrata delictoꝝ uenia ab Alexandro diem obiit. Nec multopoſt ipē Alexander undecimo pontificatus anno & menſe ſexto uitā finiuit. Cui acclamāte populo ac clero Ildebrandus ſubſtitutus eſt: et Gregorius ſeptimus appellatus: anno decimooctauo Henrici tertii Impatoris. Quo tempe Hungari: Salomone rege ſuo quem dicerent Germanis reſiſtere neſcire: in carcerem cōiecto: bellum Cæſari indixerūt. in quos ille maximaſ copiaſ duxit. Ortæ ſunt diſcordiæ inter Gregoriū & Impatorem: qui p ſymonias uendebat eccleſias: nec pontificis monitiōes audiebat. Agnes Impatrix adminiſtratione deiecta: Romæ uitā duxit. Multæ legationes hinc atq; inde factæ ſunt. Et tandē Imperator in Gregorii cōfirmatione cōſenſit. Pontifex ſtatim de ſymonia Impatorem coarguit: ſed nihil profecit. Vnde plures excōicati ſunt epī: qui apud Imperatorem manentes eius inſaniæ ſtudebant. Deinde apud Lateranū pontifex cōcilium habuit: in quo interfuit Rauennas archiepīs Guibertus: & multi de Lōbardia epī: & Mathildis comitiſſa & Siſulphus Salerni princepſ. Tuncq; Robertus Guiſtardus q nouiter Anconitanā Marchiam occupare cœperat: et cœteri Northmāni excōicati ſunt. Guibertus Rauennas Romæ remanſit ſoluto cōcilio: ad dolum pontifici parandū. Nam dum nocte natalis dñi pſul in eccleſia beatæ Mariæ maioris

Panormū capitur. Anno. MLXXIII.

Archiepīs Rauēnateñ

Alexander obiit.

Gregorius VII. eligit

Salomō rex Hūgariæ

Diſcordiæ.

Impatrix deiicitur.

Impator conſenſit.

Pōt. Imprem coarguit

Conciliū Lateranenſe.

Plures excōicantur.

Pōt capitur a Cincio.

Populus pōti. liberat.

Cincius in Germaniā.

Cōiuratō aduerſus pō tificem.

Synodus Laterani.

Hēricus Saxōes uicit.

Conuentus apud Vor maciam.

Archiepſ Maguntiñ. & alii priuant̄ eccleſiis

Impator excōicatur.

miſſam celebrat & iam hoſtiā frangit: a Cincio Stephani p̄fecti filio ab altario deturbatus & ad domū eius deductus in Iperione in quadam turri clauſus eſt. Ad quā poſtridie currens populus: pōtificem liberauit. Edes Cincii ſubuertit. Turrim ſolo equauit. Viris ac mulieribuſ de familia Cincii nares truncauit. Cincius in Germaniā ad Henricum cōfugit Guibertus qui ſe pōtificem futurum ſperabat: ſi inſidiæ ſuc ceſſiſſent: ſimulata beniuolentia: a pontifice dimiſſus: Rauen nam ſe cōtulit. Pontifex auxilio Mathildis Guiſtardum & Northmānnos inuadere ſtatuit. Interim Guibertus Rauen nas & Theobaldus Mediolanenſis archiepiſcopi: et nōnul li epiſcopi Lōbardi aduerſus Gregoriū coniurant. Quibus additur Vgo Candidus Cardinalis. qui etſi antea rebellaue rat reconciliatuſq; fuerat: poſtea tamen ad uomitum rediit: Inter Northmannos & Henricū tertium fœdera contra pa pam iungere anniſuſ. Quod reſciens Gregorius ſynodo La terani congregata: Guibertū & Vgonem dignitatibus pri uatos excōmunicauit. Dum hæc agūtur Henricus cū Saxo nibus cōflixit: uictorq; euaſit: quinq; milibus e ſuis amiſſis Qua uictoria elatus Romano pōtifici obedientiā detrahe re ſtuduit: Sigifredo archiepō Maguntino negocium com mittens: qui apud Vormaciā conuentum habuit prælatorū In quo mandatū eſt: nequis Gregorio obediret. Ex eo con uentu Ronandus clericus Parmenſis Romā ueniens: Henri ci uerbis pontificalia Gregorio interdixit: iuſſitq; Cardina libus: ut aliū habituri pontificē: ad Impatorem ſe cōferrent. Habebat tunc Gregorius Laterani conciliū: in quo Sigifre dum & ſibi cōſentientes epiſcopos atq; abbtes: commiſſis priuauit eccleſiis. Imperatori aūt regni & Imperii guberna tionem interdixit eūq; excōmunicauit: abſolutis a iuramen to ſubditis. Multas litteras in excuſatiōem ſuam Henricus per Germaniam miſit: et pariter pontifex in ſuam. Interim

pars regni ab Henrico deficit: & Saxones acrius bellum inſtruunt. Fit cõuentus principum Alamanorũ. In quo decernitur. Si Gregorius in Alamaniam pergat: Henricus ab eo ſupplex ueniam petat. Iurauit Henricus ſe cuncta facturũ. Et pontifex audito oratore Treuerenſi archiepiſcopo: Auguſtam prætoriam petiturus: Vercellas uſq; ꝓfectus: a loci epiſcopo regni Italiæ cãcellario clam reſciit: Henricũ hoſtili in ſe animo cum exercitu uenire. Retroceſſit pontifex: Canoſſumq; ſe recepit: oppidum comitiſſæ Mathildis in agro Regienſi. Venit illuc Imperator cum copiis: & õmi depoſito regali ornamento: nudatis pedibus ad oppidi portã delatus: introduci petiit. Denegatum introitũ æquo animo tulit: q̃uis aſpera eſſet hiemps: & gelu cuncta rigeſceret. Triduo in eius oppidi ſuburbio manſit: ueniã petenſ. Quẽ tandem pontifex Mathildis & Adelai Sabaudienſis comitis & abbatis Clunacenſis precibus motus introductum abſoluit: & eccleſiæ recõciliauit: iureiurando pace firmata et obedientia ꝓmiſſa. Exinde rex Papiam ſe contulit. Tuncq; ibi mortuus eſt Cincius præfecti filiuſ. Interea Alamani principes ægreferentes Henricum nõ ſatiſfeciſſe promiſſis: Rudulphum Saxoniæ ducem regem Alamaniæ creauerunt. Henricus illum a pontifice excõmunicari petiit: ſed nõ obtinuit Reuerſus in Alamaniam: congreſſus Rodulpho eſt: & clades utrinq; recepta. Miſſi oratores utrinq; ad papã: reſponſum habuerunt: ut ab armis ceſſarent. Illi iterum pari marte pugnauerũt. Et tertio prælio commiſſo: ſuperior aliquanto Henricus: auditis Legatis ad pacem miſſis: nullum cum hoſte tractatum habere uoluit: Sed illum excommunicari petiit. Legati re infecta redierunt. Robertus interea Guiſtardus ſanctam Seuerinam & Conſenciam in Calabris ceperat. Siſulphum Salerni principem (cuius ſororem duxerat uxorem) bello domuit. Salernumq; cum arce

Cõuentus principũ.

Impr ueniam petiit & obedientiam ꝓmiſit.

Rudulphus Saxoniæ dux rex Alamaniæ.

Tertiũ prælium inter Henricũ et Rodulphũ

Salernum capitur.

per deditiōem accepit. Beneuentum oppugnatam breui ce
piſſet: niſi Gregorio pontifice exhortāte receſſiſſet. Et anno
Milleſimooctuageſimo Michael Cōſtantini filius: cum Mi
chaele Andronico & Cōſtantini filiis a Nicephoro cogno
mine Bucamor: per uim & arma ab Imperio deiecti ſunt.

Idruntum Tarentū.

Guiſtardus uero Spinacobra Idrunto & Tarento græcos
expulit. Ad quē Michael Dioclizi Cōſtantinopoli pulſus:
in caſtra uenit incognitus: opem petens. Et Robertus eū ad
Gregorium miſit. Cuius opera factū eſt: ut apud Ceperanū

Homoligius eccleſiæ.

papa & Rogerius cōuenirent. Et Rogerius homoligius ec-
cleſiæ factus: & uexillo beati Petri donatus: Michaelem re
ſtituere promiſit aduerſus Nicephoꝝ quem papa excōmu
nicauit. Parataꝗ claſſe Rogerio minori natu in Italia dimiſ
ſo: Boemundum alterū filium ſecū duxit. atꝗ ad Auelonā
nauigans: prima ad Dyrachiū caſtra poſuit. Sed Domini-

Dñicus dux Venetus

cus Siliuius dux Venetus: iubente Nicephoro Imperatore
eos ab obſidione repulit: cōflictu cum multo ſanguine per
acto in mari. In terra tamē Boemundus obſidionē continu

Guiſtardus in Italiā.

auit. Et Guiſtardus cum Michaele ad reparandā claſſem in
Italiā ſe contulit. Nicepharus uero Bucamor Impator his
cognitis: Alexium Mega ſiue Conūnoum in Tratiā miſit:

Alexii perfidia.
Veterani fraudant.

qui militē congregaret. Is perfidia uſus milites nouos ſibi iu
rare aſtrinxit: grandi pecunia largita. Veteranos uero frau-
dabat ſtipendio: tanꝗ̄ Imperatoris culpa eſſet. Deinde ſuū
argentum eis largiebatur. Sicꝗ animis militū ſibi cōſiliatis:
ex Andrinopoli ad Impatorem acceſſit: ſuaſitꝗ ut milites
in expeditōem mitteret. Deinde reuerſus ad exercitū tanꝗ̄
nihil de pecunia impāſſet ꝓ qua ſe iuiſſe dixerat: ab exerci-

Alexius Impr fit.

tu irritato Impator factus eſt: quē Conſtātinopolim duxit
promiſſo triduo ſpolio urbis. Artion Alamānus magr̄ uni
us cohortis: ab Alexio corruptus: portā Bulgarorū ei ape

Tridua direptio.

ruit: noctu in cœna domini. Triduo urbs direptiōi patuit.

Nicephorus in ſancta Sophia captus: tonſuratus & in mo nachum ordinatuſ uita donatus eſt. Et Alexius in die paſca tis coronatus eſt. Et Michaelem Michaelis Dioclizi filiū Im perii cōſortem accepit. quem exercitui præfectū in Dalma- tiam tranſmiſit: & ipſe cum eo perrexit cū ſeptuaginta mili bus armatorū. Boemundus interea & Robertus: q̄ dimiſſo in Italia Michaele Dioclizi redierant: Dyrachiū urgebant. In quos delati græci Imperatores prælio cōmiſſo: Michael occiſus eſt: Et Alexius in fugam cōuerſus: lacerū reduxit ex ercitum. Dyrachini Roberto ſe dediderūt: & pariter multa Dalmatiæ oppida. Romæ interim a Gregorio ſynodus tē- ta eſt. In qua error Berengarii de ſacramento damnatus eſt Et Henricus Impator iterū excōmunicatus: & Rodulphus in regem Alamaniæ atq; Italiæ cōfirmatus. Ipſe uero Henri cus conuocatis prælatis apud Brixiam Alamaniæ urbem: Guibertū Rauennatem archiepiſcopū in pontificem erexit Clementemq; appellauit. Qui mox acceptis ornamētis pa palibus: in Italiā rediit. Henricus in Saxoniā ꝓfectus: quar to cum Rodulpho cōflixit. Victor Rudulphus caſu a ſuis uulneratus: Longuiſtadæ ſeceſſit: & uulnerati plures eū ſecu ti ſunt. Inter quos pariter mortuos expiraſſe repertus eſt. Henricus uero fugiens: abditis latuit: & ſeptimo demū die repertus eſt. Cuius filius Henricus: qui quartus poſtea fuit eius nominis Imperator: in Italiam miſſus Mathildim apud Parmam prælio ſuperauit. Quæ mulier mortuo primo ui- ro: Azonem Marchionem Eſtenſem: qui prioris uiri con- ſanguineus fuerat: & ſibi quarto gradu coniunctus erat: ig norans accepit maritum. Et cum per aliquos menſes illi concubuiſſet: re cognita: Gregorium conſuluit: quid agere deberet? Ille mulieri imperauit: ut a conſortio noui uiri abſtineret. Henricus Senior per Bauaros in Italiam

Alexius coronat᷑.

Dyrachiū deditur.

Error de ſacramento.

Henricus excōicatur.

Henricus Clementē in pontificem erexit.

Henricus cum Rudul- pho conflixit.

Henricus Impr. IIII.

Gregor. Mathildim a cōſortio uiri ſepauit.

rediit: Clementemq; ſuum in prata Neronis duxit. Mathil dis copias ſuas pōtifici miſit. Pugnatum eſt aliq̄ndiu apud urbem Leoninam: & uicina ædificia demolita. Deſperataq; uictoria Henricus: cum ſuo antipapa Rauennā rediit. Et an no ſequenti rurſus ad obſidendā urbem tranſiuit: cepitq; ci uitatem Leoninam. Et Baſilicā beati Petri cum ſuo Clemēte prophanauit. Idem fecit de baſilica beati Pauli: porticus de ſtruens quæ ad eas ducebant. In æſtate uero dimiſſo antipa pa in Tybure & p alia caſtella uicina exercitu: in Lombar dia receſſit. Vaſtatus eſt oīs ager circa Romā: & ciues fa me coarctati ſunt. Vocauit pontifex Guiſtardum in auxili um. Qui dimiſſo in Dalmatia Boemundo: copias cōgrega bat. Sed Henricus ad dolos cōuerſus: Clunacenſem epiſco pum ad Gregorium miſit dicens. Si Laterani coronaretur: fore: ut in Alamanniā cum oībus copiis abiret. Rogabat omnis populus. nec pontifex aduerſabatur: ſi modo Impe rator errata corrigeret. Henricus Romanos pleroſq; corru pit: qui coronandum Imperatorem etiam nō ſatiſſacientem dixerunt. Pontifex populo diffiſus in arcem ſancti Angeli ſe recepit. Et Henricuſ antipapam a tribus epis coronari in Laterano fecit: Bononienſi: Ceruienſi: & Mutinenſi. Et ipſe ab eo coronatus eſt. Obſeſſum eſt caſtrū ſancti Angeli. Et Ruſticus papæ nepos ex fratre ad Septem ſolia ſe recepit. Vbi expugnatus deditionem fecit. Interim uenit Guiſtar dus cum exercitu. Nō expectauit Imperator: Senaſq; cum antipapa petiit. Et Guiſtardus porta Flamminea intrauit. Et cum ciues reſiſterent: uſq; ad archum Domiciam urbem combuſſit. Ciues arma tenebant in Capitolio. Guiſtardus ad Lateranum ſe contulit: Eamq; regionem urbis uaſtauit: quæ eſt inter Capitolium & Lateranum. Et deniq; Capi tolium ui cepit. Tranſiuitq; ad Caſtrum Creſcencii: &

[Margin notes:]
Baſilica ꝓphanatur.
Romanus ager uaſtat᷑
Henricus ad dolos.
Romanos corrupit.
Pōt. in arcē. s. Angeli
Henricus antipapā co ronari fecit: & ſe.
Impr cū antipp̄ Senas
Guiſtardus in urbem.
Regio Laterani uaſtat᷑
Caſtrū Creſcencii.

muros diſiecit: qui pontificem claudebant: Liberauitq́ȝ illū: & Salernum perduxit: ubi & mortuus eſt. Guiſtardus ad Imperium Conſtantinopolitanū aſpirās: claſſem ingentem parauit: cum filius Boemundus terreſtrem exercitū ſatis haberet. In Dalmatiam Alexius claſſem parauit: & Venetos in auxilium accerſiuit: duce Dominico Siluio. Pugnatū eſt apud Dyrachium: & ſuperati ſunt Dominicus & Alexius Dominicus ducatu priuatus eſt ob rem male geſtā: et Vitalis ſuffectus eſt. qui aliam claſſem in auxiliū Alexii duxit. Deſiderius Caſſinenſis abbas Gregorio ſurrogatus eſt: Victor tertius appellatus. Et iterū Guiſtardus cum Alexio et Venetis apud Saxſium cōflixit: eoſq́ȝ ſuperatos fudit: & in Caſſiopā inſulam delatus: menſe Iulio obiit. Cui abſente Boemundo Rogeriuſ natu minor in ducatu Apuliæ ſucceſſit. & præter Siculos Itali oms patri ſubditi paruerunt. Fuit tunc toto orbe fames. Per cuius occaſionem Anful Galaciæ rex: qui cum Saracenis perpetua bella gerebat: Toletū urbem multis annis obſeſſam cepit: et chriſtianæ religionis inſtituit. Henricus in Alamania cum Saxonibus prælians: quatuor milia militum amiſit. Et interim prælio cōmiſſo: inferior euaſit. Victori defuncto ad quintū mēſem: Vrbanus ſecundus ſuffectus eſt. Boemundo in Italiā reuerſo: Dalmatæ ad Alexium defecere. Rogerius Capuā urbem cepit: & oīa uſq́ȝ ad Tybur Romanis et papæ abſtulit. Vrbanus Romanoꝝ animos parū quietos intelligēs: Melphim ſe cōtulit: primūq́ȝ ibi ſynodum cōuocauit. Rediitq́ȝ iterū in Italiam Henricus: et a Mathildi reiectus eſt: cū iam rebellione filii præmeretur. Boemundus ut primū equos nauigatione quaſſatos ſatis quieuiſſe cognouit: in Rogeriū fratrē duxit: et apud Feruetū Beneuenti oppidum conflixit: haud cruento ꝑlio: cum ꝓceres Rogerio imperauerint: ut permiſſa Boemundo Apuliæ parte ducatus: ipſe titulū & cœtera retine

Gregorius morit᷑.
Dn̄icus et Al. ſupant᷑
Victor. III. pontifex.
Rogerius ſucceſſit.
Galaciæ rex Toletū cepit.
Vrbanus. II. pōtifex.
Capua urbs capitur.
Pōt. ſynodū cōuocat.

75

ret: quæ pater habuiſſet in Italia. Quo facto Melphim ad Vrbanum ſe cõtulit. Cuius Ligius factus ducatũ & ſucceſſionis paternæ cõfirmationem obtinuit. Et in Siciliam traiiciens: Syracuſas cepit. Halanq; Roberti Friſonis Frandenſiũ comitis filiam duxit uxorem: ex qua genitus eſt Vilelmuſ.

Rogerius Ligius fit.

Vrbanuſ alteram ſynodũ apud Troiam cõgregauit. Et tertiam Placẽtiæ. Poſtremo de ſalute fidei cogitans: trãſmiſſis alpibus ad Francos ſe cõferens: cõcilium apud Montemclarum Aluerniæ conuocauit. Boemũdus indignatus pro his quæ frater fecerat Melphim furto ſurripit. Rogerius Siciliã rediens: uiginti Saracenorũ milia ſtipendio conduxit: multaq; alia auxilia ex omni ſua ditione aduerſus fratrem duxit: qui cũ decem milibus Veteranis Melphim defendere ſtatuerat. Vrbanus ſecundus apud Clarũmontem conciliũ habens: expeditionem in Saracenoſ pro Hieroſolima recuperanda perſuaſit: Anno quarto & octuageſimo ſupra milleſimum. & trecenta hominũ milia cruceſignauit. Reuerſus in Italiam: apud Placentiam ſubſtitit. Vbi Corradi inſtantia: qui patri Henrico tertio rebellauerat: epiſcopos reconciliauit: qui agenti apud Beneuentũ Guiberto antipapæ cõſenſerant. Romã reuerſus: & magno fauore exceptus: Bernardum Toletanum epiſcopũ ad ſe uenientem pallio archiepiſcopali donatum totius Hiſpaniæ metropolitanum declarauit. Henricus tertius aduerſus Henricũ Bambergenſem Comitem bellum geſſit: eũq; domuit. Interim filius eius Corradus in Italia mortuus eſt. Duxit etiã Hẽricus aduerſus Robertum Frandiæ comitẽ ut expeditõem impediret Vrbani Interim diuerſis itineribus cruceſignati ad Cõſtãtinopolim puenere. Primuſq; omniũ Petrus quidã heremita obſtinentia fama celeber: ducem ſe multis exhibens: per Alamaniã Hungariamq; perrexit. Cui Gotfredus Euſtachius & Balduinus fratres cognomine Bolionii: Bonomaiæ Gallicæ

Synodus apud Troiã

Cõc. apud clarũmontẽ

Expeditio in ſaracẽos. anno. MLXXXIIII.

Trecenta milia cruceſignantur.

Eccleſia Toletana metropolitica declarat᷑.

Henricus expeditõem impedire conatur.

Petrus Heremita dux cruceſignatorum.

Comites potentiſſimi: ſe ſocios addiderunt. Maiores uero præſtantiũ ducum & nobiliũ manus. Hinc Podienſis epus belli dux: & Raymundus ſancti Egidii Comes. Inde Vgo magnus Philippi Francorũ regis frater: & Robertus Nortmandiæ: ac alter Robertus Frandiæ: et Stephanus Cornoti comites: tranſmiſſis alpibus per Italiã iuerunt. Et quando illi Cõſtantinopolim peruenerunt: in Romã ingreſſi ſunt. Et benedictiõe recepta pontificis: pars Brunduſium: pars Barum: & alia pars Idruntũ petiit. Et Boemundus generoſitate animi ductus his ſe comitem cũ duodecim milibus delectæ iuuẽtutis Italicæ: relicta fratri poteſtate: cum quo bello contenderat: & Melphim & alia loca ſua occupandi. Sed Rogerius fratris uirtutem admiratus Melphis obſidionem ſoluit: & Tancredũ filium cũ fratre ire permiſit. Petrus Heremita in ſuburbiis Cõſtantinopolitanis: copias ſuas retinere neſciuit: quin hoſtilia cuncta in Græcos agerent. Alexius Impator: cui hæc expeditio ſuſpectiſſima erat: cõmotus ſuorum calamitate: cõmeatum negaȓ cepit. Et qui ante Boſforum Tratium clauſerat: ne chriſtiani tranſeũtes opprimerentur a Turcis: illud aperuit: & Petrum heremitã inuitum tranſportari curauit. Bolioniis qui nõdum Conſtantinopolim applicuerant: in Europa remanentibus: duodecim milia cum Petro tranſiere. Qui mox Reynaldũ quẽdam Alamãnum ducem ſibi creauere: celeriterq̀ ꝓcidentes Nicomediã & inde Niceiã petiuerũt. Turci Niceia cõmunita ex oppidis cuncta aſportarũt. Et audientes tranſitum xpianoꝝ: cõcauis in montiũ uallibus inſidias ſtruxere. Petruſ Ciuitũ oppidum offendens: in agro Niceno hõinibus uacuũ: frumento uinoq̀ plenũ: illud occupauit. Et Rainaldus pariter aliud oppidũ: Exeregorgon appellatum: & ambo obſeſſi ſunt a turcis. Raynaldus cũ aliquot milibus abnegata xpi fide deditiõem fecit. Petrus ſub ſpecie legatiõis Cõſtantinopolim

Podieñ eps belli dux.

Vgo magnus fȓ regis.

Pars Brunduſiũ: pars Barũ: ps Idruntũ petit

Boſſorum.

Europa.

Nicomedia.

Niceia.

Exeregorgon capiȓ.

Xp̃iani trucidati ſunt.

abiit. Reliqui om̃es a Turcis trucidati ſunt: cum ſiti labora
rent. Quæ res Alexio gratiſſima fuit: ſperãti chriſtianos re

Vgo Dyrachiũ.

trocedere. Interea Vgo magnus cum ſuis copiis & Barulo
Dyrachiũ peruenit: & deinde Conſtantinopolim petiit. Et
pauloante Balduinus cum fratribus illic applicuit: quos pri
ma nocte in ſuburbiis hoſpitatos græci hoſtiliter inuaſerũt
nec potuere aduerſus excubantes proficere. Exierũt in cam
pos chriſtiani: ibiq; rurſus pugnatum eſt: & clades utrinq;
parua recepta. Sed intellecto Vgonis aduentu: pacẽ Alex
ius cum Gotfrido cõſtituit. Venerunt & aliæ copiæ cũ Bo

Boem̃dus in Bulgariã
Caſtoriã petiit.

dienſi epiſcopo. Boemundus per Poloponeſſum in Bulga
riam tranſiuit: Caſtoriãq; urbem petiit. Sed Alexius inſidi
as illi per itinera parauit. Quod cũ non ſucceſſiſſet: culpam
in milites tranſtulit prædæ cupidos. Tranſiit Boemundus
ad Impatorem: & nomine totius exercitus fœdera cũ eo pe
pigit: ut tutũ iter per urbẽ regiã & alia loca pſtaret: cõmea-
tum et copiarum ſupplementa præberet: ſibi om̃ia de Sara
cenis capta cederent: excepta Hieroſolima. Sic rebus para

Exercitus Nicomediã

tis: exercitus chriſtianoꝝ ad Nicomediam mari tranſmiſſo
coactus eſt: & inde Niceiam uentũ: quæ a Turcis defenſa:
obſeſſa eſt: lacui una in parte adiacens: nec poterant urbem
expugnare. Triginta diebus oppugnatiõe ducta: cum ꝑ la

LX. milia Turcoꝝ.

cum noua dietim auxilia ſubmitterẽt: ſexaginta milia Tur
corum in propinquo monte cõſederunt. qui oppidanis ad
irruptionem cõmonitis chriſtianorum caſtra inuaſerũt. ſed

Lembi.

nihil profuere: magno damno repulſi. Interim lembi a Con
ſtantinopoli aduecti ſunt: & in lacũ miſſi. Quibus uiſis op
pidani: poſt duos & quinquaginta dies ab obſidione dedi
tionem fecere: Turcis cum rebus & armis abire permiſſis.
Profecti ultra duces: cum per loca deſerta iter habendum
eſſet: bifariam diuiſi ſunt. Boemundus cum ad riuum
quendam perueniſſet: & Herbidum ſolum reppeririſſet:

Caſtra poſuit ut militẽ reficeret: inuaſuſq; eſt a ſaracenis: &
Solimanno principe qui cum maxima multitudine aduene
rat: periiſſetq; cũ omnibus: niſi Vgo & Gotfridus cũ qua
draginta milibuſ equitũ opem tuliſſent. Cõmiſſa eſt magna
cedes in turcos et ſaracenos: nec tamen præliũ niſi nocte di
rimi potuit. decuplo maiores Saracenoꝝ cadauerũ: ꝙ chri
ſtianoꝝ fuerũt ſtrues. Fuit numerus hoſtiũ ſupra. xl. milia.
Inerant enim Medi Siri Caldei Turci ſaraceni & Arabes:
qui fuga arrepta maxima ſpolia chriſtianis reliquerũt. Men
ſe Iulio hæc acta ſunt. Solimannus uiã quæ ducit i Lycaoni
am eſt ingreſſus: & Arabũ decem milia obuiã habuit: quæ
ſecum duxit prædicans ubiq; ſe uictorem fuiſſe. et nihilomi
nus cõſumptis igne cõmeatibus & abductis obſidibuſ: iter
impedire chriſtianis conatus eſt: quibuſ recentes in agris ſe
getes auxilio fuerũt. Venerũt chriſtiani Iconiũ primam Ly
caoniæ ciuitatem: eãq; dedentibus ciuibus obtinuerũt. cum
Solimannus alio diuertiſſet: pari modo & Heracleã Tar
ſumq; ceperunt. Balduinus a ducibus expeditionis primus
omniũ in Aſia dominiũ obtinuit: Tarſo donatus & quic
quid in ea regione caperet. qui paulopoſt Ediſſa & Manu
ſtra urbibus eſt potitus. Flexit ad ſiniſtrã maior exercitus:
& Ciliciã quæ nũc minor Armenia dicitur primo aduentu
captam Palimiro Armenio cũ noſtris militare ſolito regen
dam tradiderũt. Deinde Ceſareã urbem in Cappodociam
obtinuerunt: & intelligentes apud Anthiochiã turcos con
ueniſſe illuc ducturi apud Coſor urbem chriſtianoꝝ qui ine
rant opera deditã: ad quintã diem quieuerunt: commeatus
parãtes. Deinde publicanoꝝ caſtra & urbẽ Ruſam cũ mul
tis caſtellis obtinuerunt. exin montes altiſſimos: qui interce
dunt una die trãſmiſſis ad Muraſim urbem uenere. Qua ca
pta: campos in cõſpectu habuere in quibus Antiochia cer
nitur: et hoſtes ad amnem uiſi ſunt qui uallẽ interſecat: loco

Vgo et Gotfridus Bo
emundo opem tulerũt
Cedes in Turcos.

Medi Siri Caldei turci
Saraceni Arabes
Solimanni aſtutia.

Iconium prima ciuitas
Lycaoniæ.
Heraclea: Tarſum ca-
piuntur.

Ediſſa Manuſtra

Cilicia nunc minor Ar
menia
Ceſarea urbs in Capo
docia.
Coſor urbs xpianoꝝ.

Vrbs Ruſa capitur

Muraſis urbs capitur

Pōs ferreus nomē loci

Antiochia duplici muro cingitur.

Quadringenta.lx.turres:quatuor colles

Arx munitiſſima. Regio Celoſiria dicta.

Mare Cilicum.

Farfar fluuius.

Locus natalis Teophili ad quē Lucas ſcribit

Hic primum xp̄iani ſe appellauerunt.

Sarraceni pro horreis puteis utuntur.

Armenii et Surianii

cui pons ferreus nomen eſt.Ibi præda facta eſt ruſticorum
qui cōmeatus in urbem deportabant. Antiochiā tunc rex
Caſſianus habebat:duobus filiis preditus:Biachina et Sen
ſadolo Babilonie Soldano tributa pēdens:a quo multa &
magna auxilia accíuerat.Ea urbs prius Reblata dicta ē. de
inde ab Antiochio Aſie dominatore. Antiochia duplici
muro circundabat̃.Interiori lateritio.exteriori quadrati la
pidis quadringenta & ſexaginta turres iuerāt. Colles qua
tuor includebant̃.In quoꝝ celſioris cacumine ad orientem
uergentis:arx natura loci adeo munita:ut om̄s conatus &
omina oppugnantiū ingenia facile fruſtrarent̃: regio Celo
ſiria dicebatur:fluminibus fontibuſqꝫ irrigua:& agro ferti
li uicinoqꝫ lacu diues. recedit a mari Cilico urbs paſſuū du
odecim milibus.Farfar fluuius portū efficit nauiū cœterarū
capacem:quem xp̄iani ſancti Simeonis appellauerūt. Ad
ſeptentrionē mons eſt excelſus Nero ſignificatōe græca:ꝙ
aquis fontiū ſit irriguus. a nr̄is Montana nigra uocat̃. Ad
orientalem plagā campeſtris latiſſima regio:quā Farfar irri
gat:propinquus mœnibus. Hic Petrus patriarchalē tenuit
ſedē. Teophilus hinc oriūdus extitit:ad quē Lucas euāgeli
ſta ſcribit actuſ apoſtoloꝝ.ſeptimus ille a Petro hic fuit an
tiſtes.& Theophiliā ſuo de nomie appellauit. Hic primū
baptiſmatis fonte renati: xp̄ianos ſeſe appellauerunt.Hæc
urbs mille annis ſub xp̄iano imperio maxime floruit.Cen
tum quinquagintatres ep̄i ſub Antiocheno patriarchia fue
runt.& in urbe illa trecenta ſexagintaſex eccleſie.Duodeci
mo igitur kalendarū Nouembriū xp̄iani ad Antiochiā ca
ſtra poſuerunt:necdū uindemia facta erat: et frumenti mag
na uis in puteo repta eſt:quibus Anthiocheni pro horreis
utunt̃.& uicinæ gentes cōmeatus importabant preciū acce
pturæ:niſi quatenus ꝓhibebant̃ a Turcis Armenii & Su
rianii xp̄ianis magno erant adiumēto: ſecreta hoſtiū nunci

L2

antes. Sunt aũt Suriani gens antiq̃ in Aſia originem hñs: quæ acceptã ab initio xp̃i fidem poſt captã ſub Hetaclio a ſaracenis Hieroſolimã nunq̃ dimiſit: ſed aliq̃diu ſuſpecta Saracenis: incertas habuit ſedes. Sub Carpharat aũt princi pe Egyptio: quia Laodicia Syriæ uſq; ad Alexandriã Egy pti poſſedit: quartã Hieroſolimæ urbis ptem in q̃ eſt ſepul crũ dñi obtinuit ſub annui pẽſione tributi: cũ ſuo pñarcha poſſidendã. Sed huius expeditõis tp̃e pulſa Hieroſolimiſ: mõtes q ad Antiochiã ptinent incoluere.

Carpharat princeps Egyptioꝝ.

Nonageſimuſſeptimus ſup̃ milleſimũ nr̃e ſalutis annũ currebat: cũ Antiochiocenſis obſidio cepta ẽ. Vrba nus. II. nõ ſatis tutus Romæ biennio in domo Petri Leonis potẽtiſſimi ciuis ſe cõtinuit: apud eccleſiã ſancti Nicolai in carcer̃. Guilelmus antip̃p̃ ex Bñuẽto ſuadẽte Ricardo prin cipe Capuano qui Bñuentũ tenebat Albã uenit: ut fautori bus ſuis ꝓximior eſſet. Veneti claſſem ducẽtaꝝ nauiũ om̃i genũ armauere: eãq; cruce ſignatis militibus impleuere: au ctãq; Dalmatis Rhodũ miſere. Piſani quinq̃ginta triremiũ claſſe inſtructa: eos apud Rhodũ inuaſere: cõflictiq; decem & octo triremes amiſere. & quatuor milia Piſanoꝝ capta ſunt. Sed Veneti ob reuerentiam crucis primoribus retẽtis obſidũ loco: reliquos reſtitutis triremibus abire pmiſerunt Adierũt Veneti Smyrnã ſex milibus paſſuũ a mari diſtãtẽ recens a Turcis dirutã. indeq; ſancti Nicolai corpus Vene tias detulerũt. Milites apud Antiochiã omni genere machi naꝝ urbẽ oppugnauere. Sed craſſitudo et altitudo muroꝝ ois eoꝝ conatus fruſtrata eſt. Firmata eſt obſidio & caſtra ita munita: ut recedẽte media pte militũ egregie tñ defendi poſſent. Sed cũ frumẽtatores inſidias incidiſſent: multiq; ca pti eſſent: fame in caſtris laborare cœperũt. Caſtellum erat Ater alias Aret: caſtris ad quinq; milia paſſuũ propinquũ: ex quo hæc damna inferebant̃. Cuius præſidiũ Boemundi

Vrbani. II. pſecutio.

Antipapa

Claſſis Venetoꝝ ducẽ tarum nauium.

Piſanoꝝ claſſis.

Quatuor milia piſano rum capiuntur.

Ex Smirma corpus. s. Nicolai Venetias fert̃

Caſtellũ Aret.

78

aſtu longius tractū interceptū eſt. Et capti in cōſpectu Antiochenſiū gladio pcuſſi: quoꝝ capita in urbē proiecta ſūt. Interim natalis dn̄i occurrit feſtiuitas. q̄ ſolenniter celebrata annona deficiente: & murmurāte populo: obſidionēq; ſoluere cupiēte: Boemūdus oratōe ſua exercitū placauit. Qui cū triginta milibus in agrū Damaſcenū profectus: magnā uim frumenti apportauit. copiaſq; Saracenoꝝ ad q̄dragin ta milia quæ ex Aleph Damaſco & Hieruſalē: obſeſſis in Antiochia opē ferebant: caſu incurrēs cōmiſſo p̄lio diſturbauit. & occiſa maiori pte in fugā uertit: cœpitq; camelos: mulos & aſinos q̄plurimos: cū quibus facile ad exercitum portauit annonā. Frandenſis comes cū eo fuit. Interea Antiocheni milites eruptōe facta: caſtra xp̄ianoꝝ in ea pte pfregerunt: quæ remotior erat a ciuitate: & cuius curā Podenſis hēbat ep̄us: magnāq; occidionem fecerūt ita ut neceſſarius fuerit Boemūdi reditus. Quieuit exercitus p aliquot dies. Sed iterū deficiente annona: in caſtris murmuratū eſt. et Petrus Heremita cū Guilelmo carpētario regis Franciæ cōſanguineo fugā arripuit. Sed ambo intercepti ſunt a Tācredo Boemūdi nepote: & in caſtra reducti. Guilelmus uero q̄uis Vgoni magno eius cōſobrino nouo iuramento addictus fuerat: paulo tn̄ poſt p aliā occaſionem cū ſua cohorte e caſtris emiſſus primus omniū Xp̄ianoꝝ deſertor eſt factus. Petebant et alii dimiſſionē: nec retineri multitudo poterat. Sed allato nuncio ingentes Turcoꝝ copias ad Aret oppidū cōſediſſe: uelleq; cū xp̄ianis dimicare: oblatā occaſionem arripiūt duces: et cōfortatis militibus copiā pugnæ faciunt. Pugnatū eſt diu acriter. Poſtremo uicti Turci ceſa plus media ſuoꝝ pte in fugā uerſi ſunt. Et xp̄iani p̄da aucti non tn̄ fame liberati ſunt: donec Armeni & Suriani mœtu Turcoꝝ liberati: ad caſtra cōmeatus ferre potuerūt: Aret oppido a Turcis incēſo. Sed Saraceni a Soldano Babilo

Boemūdus in agꝝ Damaſcenū cū. xxx. M.

Saraceni ſuperantur

Antiocheni caſtra xp̄ianorum fregerunt.

Petrus heremita fugā dedit.

Guilelmus Xp̄ianorū deſertor.

Turci uincuntur.

Armeni & Suriani.

Aret a Turcis incēdit

L3

niæ Antiochiã miſſi noctu urbe dilapſi: om̃ia itinera infeſta
uerunt: ita ut fames breui reditura uideret̃. Placuit igit̃ ca-
ſtella duo portis oppoſita excitare: q̃ exeundi redeũdiq; fa
cultatem hoſtibus adimerẽt. Sed cũ neceſſaria ad id deeſſẽt
Boemũdus & ſancti Egidii comes: cũ quiq; milibus militũ
ad ſancti Symeonis portũ miſſi ſunt: qui fabros & neceſſa
ria adducerẽt. Quibus redeũtibuſ quindecim milia ex urbe
occurrerũt. Boemundus cũ expeditioribus in monticulũ ſe
recepit. Mille ex xp̃ianis cecidere: fuiſſentq; om̃s trucidati:

M. xp̃ianorum̃ ciciderũt

niſi Gotfridus raptim auxiliũ attuliſſet. Qui fortiſſimo aio
pugnanſ: multos hoſtiũ interfecit. Inter quos Batmas Caſſi
ani filius natu maior cecidit. Interim ex Antiochia maior
egreſſa multitudo prælũi reintegrauit. Pugnatũ eſt diu nu
tante uictoria. Demũ uero ex hoſtibus quinq; milia ceſa et
ſeptẽ milia capta. Inter quos duodecim Adomati fuere. Ex

Ex hoſtibus. v. milia
ceſa: &. vii. capta.

xp̃ianis ultra mille primos quingenti deſiderati ſunt. Deiñ
caſtella uti ordinauerãt xp̃iani duceſ: erexerũt. Et Caſſianuſ

Induciæ cõceſſæ ſunt

petiit idutias q̃ libẽter cõceſſæ ſũt. & xp̃iani in ciuitatẽ: et ſa
raceni libere in caſtra ueniebãt: durauerũtq; induciæ donec
Volo Gallicus egregius miles dũ ſuorum̃ uirtutem extollit: a

Volo Gallicus miles.

Turcis interfectus eſt. Per has inducias Pirrhus Antioche
nus ciuis adeo potẽs: cũ multa de Boemũdo accepiſſet: eiuſ
colloquiũ petiit. Ft admiratus uiri uirtutẽ: ciuitatẽ ſe illi tra-
diturũ ſpoſpondit: ſi ſibi dominiũ retineret. Obtinuit Boe

Antiochia tradit̃ Bo
emnndo.

mundus urbẽ ſibi cõcedi cõmuni cõſilio procerum̃: & cõſtitu
ta nocte p apertã a Pirrho portã ingreſſus: ciuitatẽ obtinu
it. Nec ſeuitũ eſt niſi in p̃ſidia Saracenorum̃. Caſſianus rex dũ
in montes cõfugit: ab Armeniis trucidatus ẽ. Turci & Sa

Caſſianus rex trucida-
tus eſt.

raceni q̃plures in Aret ſaluati ſunt. In cuius oppugnatiõe
ip̃a die facta multi uulnerati ſunt. Inter quos Boemũdus fe

Boemũdus ægrotauit

mur ſaucius pluribuſ diebus ægrotauit. Interea magna mul
titudo equitũ uiſa ẽ: a longe ueniens. Creditũ eſt Alexium

79

Corbonas Perſarū regis militiæ princeps.

Alexius Imperator

Philomena oppidū.

Poscalis II pon.

Lancea xp̄i reperitur

Xp̄iani lanceā deferentes cū Corbona p̄liando. centū. M. hoſtium ceſa ſunt.

Arx Boemū. tradit̄.

Admiratus xp̄ianus fit.

Impatorem eſſe: q ſæpe in caſtra ſe uenturū ꝓmiſerat. Sed referentibus Armeniis Corbanā eſſe cōſtitit Perſarū Regis militiæ principē: qui Antiochiæ opē ferebat cū Senſadolo Caſſiani filio: qui p induciaſ ad id miſſus fuerat. Is ad pontē ferreū caſtra fecit: & iubente Senſadolo p ſuos arcem accepit atq; cōmuniuit p quā urbem cape adniſus eſt. Pugnatū eſt in urbe et magna cedes hoſtiū facta. multi quoq; ex xp̄ianis piclitati ſunt. Ob quā rem placuit arcē munitōibus excludere: nec pugnare prius q̄ Boemūdus & alii liberarent̄ Interim Armeni & Suriani ꝓhibiti ſunt frumēta ad Antiochiā deferre. Iterūq; fame laboratū eſt. Promiſerat Alexius Impator annonā mittere: & iā naues eius cū frumēto ad Philrmenā oppidū applicuerant: cū deſertor ſignoꝝ Stefanus Carnoto comes illis obuius: xp̄ianoꝝ exercitū periiſſe nūciauit. Hic enim aduenīēte Carbona cū pluribus aufugit Mercatores his cognitis a porta in altū ſe recepere. Interim lancea quæ xp̄i latus aperuit in eccleſia ſancti Andreæ reperta ē. Cuius fiducia ſtatuerunt xp̄iani cū Corbona confligere: cuius exercitus uicinos mōtes occupabat. Miſſiq; ſunt Eclinus & Petrus heremita fide publica a Corbona habita qui p̄lium in tertiū diem denūciarent: detrectātiq; ſuaderēt Quo nō ſatis annuente: ſtatuerūt nihilominus xp̄iani cōfligere: quibus alioquin fame pereundū erat. Et ieiunio inſtituto oratiōibuſq; pactis: ſacrā lanceā deferentes: ad præliū egreſſi ſunr: quod maximo ardore cōmiſſum eſt et centū milia hoſtiū ceſa ſunt. quindecim milia cameloꝝ capta: ſpolia ditiſſima recepta: & annonæ maxima uis. Corbonas in fugam actus. Et eadē die Admiratus arcis p̄fectus: illā Boemundo tradidit xp̄ianus effectus: ea lege adhibita: ut q baptiſari uellent: cū ſuis rebus abire pmitterent̄. Obtēta ciuitate cū arce: miſſus eſt Vgo magnus Cōſtantinopolim: qui Antiochiā Impatori offerret: ſed ille ſuæ culpæ cōſcius &

dolū timens recuſauit. Vgo interim morbo correptus: Cō ſtātinopoli deceſſit. Quæ res magno merore xp̄ianos effecit. Decreuerūt tn̄ duces exercitus Hieroſolimā petere: ſed Iulius erat mēſis: et aquaꝝ penuriā p arrida loca uerebant̄ Ad kalēdas octobris ꝓfectionē ſtatuerūt. Interim ep̄s Podenſis mortē obiit. & Raymūdus comes ſancti Egidii cum oppugnatā Albariā capere nō poſſet: multos mortales in agris captos: interfici iuſſit. Boemundus Antiochiā ſibi ex fœdere ꝓmiſſam aſſignari petiit. Oppoſuit ſe Raymūdus comes: eāq; Cōſtantinopolitano Impatori ſeruandā dixit Sacerdotibus arbitriū eius rei cōmiſſum eſt: qui Antiochiā Boemūdo tradendā decreuerūt. Nō acquieuit Raymūdus ſed palaciū Caſſiani quod ip̄e inhabitabat armatiſ cōpleuit Et nihilominus cū ſuo comitatu ad kalēdas Nouēbris exercitū proficiſcentē ſecutus eſt. Venerūt Rugiā duces quā prius obtinuerāt. & binis inde caſtris in Albariā duxere. quā egregie munitā turribus & arietibus magnoq; labore ceperunt: eāq; diripuerūt. & in oēs ſeuitū eſt p̄ter paucos: quos Boemūdus ſeruauit. Qui cū Raymundū oraſſet: ut Antiochiam ſibi liberā dimitteret: neq; illi cōſentiret: Antiochiā cū copiis rediit: et reliquus exercitus i Albaria māſit: Ibiq; obiit ep̄s Aurienſiſ: & magna fames xp̄ianos inuaſit: ita q̄ etiā cadaueribus hoſtiū ueſcerent̄. Ob quā rem medio Ianuario Rugiū rediere: indeq; Boemundū uocauere ut expeditioni adeſſet. Qui motus indignatōe Raymundi: noluit. Ad quē Gotfredus Bolionius & Frādenſis comes ſe cōtulerunt. Raymūdus uero et Nortmānus comes: fame cōpulſi cū magnis copiis Ceſareā Cappodociæ urbē petiere. Cuius rex amiciciā & cōmeatū illis acceptātibus obtulit. Inde in uallē fertiliſſimā ꝓgreſſi: aīalium & annonæ magnā uim exportarūt. Caphaliā urbem deſertā inuenerūt: & pariter multa loca derelicta. Apparebat iā uer cū ad urbē Cameli

Vgo magnus obiit.
Ep̄s Podenſis obiit
Albaria.
Antiochia Bo. tradit̄
Rugia
Ep̄i Aurienſis mors.
Fames xp̄ianoꝝ.
Ceſarea urbs.
Caphalia urbs.
Camelia urbs.

Ray. pacē obtulit xp̄i baptiſmū accepturo.
Arcas obſidetur.
Tortoſa.

Tortoſa fruſtra obſidetur.
Tripolis.

Bethelon.

Carphas oppidū.
Ceſarea Paleſtina.

Hieroſolima fluminibus caret: p̄ter Siloe
Mons ſyon. Vallis Ioſophat.

am appuleēt. Cuius regulus pace p oratores īpetrata: xp̄ianos ueſte & pecūia iuuit. Cuius exēplū ſecutus Tripolis regulus: & ip̄e pacē petiit. Sed Raimūdus eiuſ urbis dn̄iū cupiens: pacē obtulit xp̄i baptiſmū accepturo. Quā cū ille negaſſet cōditōem. xv. diebus ibi fruſtra cōſumptis ꝓgreſſi: Arcas oppidū obſideēt optie defenſū. Vbi dimiſſo Nortmāno Raimūdus Tortoſā duxit. Interī Gotfridus Boemūdus et Frādenſis comes Hieroſolimā petere ſtatueēt: et i Licia ſimul cōuenere. ubi audiēſ Boemūduſ Raimūdū i caſtra uētuꝝ diſcordiā timēs: Antiochiā rediit. Ceteri duces Tortoſā ſe cōtulere: prius Gibelli regulo in deditionē accepto. Nortmānus quoq; obſidionē ſuā dimiſit: ut laborāti Raimūdo ſubueniret. quē Tortoſā magnis coactis copiis: alioqn oppſſuri erāt. Obſeſſa ē Tortoſa tribus mēſibuſ et uno die nec capi potuit. ibiq; paſca reſurrectōis in caſtris celebratū eſt. et ſoluta obſidione: ad Tripolim ductū. Cuius regulus pecunia et cōmeatu atq; armis ꝓmiſſis pacē obtinuit: ea lege ut poſt captā Hieroſolimā xp̄ianuſ fieret. Deiñ poſtera die nonarū Maii q̄rta p montes uerſus Hieroſolimā iter captum ē p Bethelon oppidū urbē zebarim flumē Braim Barutū urbē atq; Sagittā & Surrū atq; Acriū ſingulis ad ſingula loca puentū eſt caſtris. Et nona die oppidū Carphas: decia Ceſareā inclitā Paleſtinæ applicuerūt: ubi diebus duobus immoratū eſt. Et tertio Ramola ē adita a Turcis ſaraceniſq; deſerta. Exiñ motis caſtris ſex ꝓgreſſi paſſuū milia xp̄iani magna lætitia et magnis exortis clamoribus Hieroſolimæ menia cōſpicati ſunt: in arduo mōte ſita. Ea urbs arduis mōtibus circundat᷑: fluminibus caret & fōtibus: p̄ter unicū Siloe amnē: tenui: & qn̄q; p eſtatē nulla fluēte aqua q̄ montē ſyon radēs: uallē Ioſophat mediā interſecat. Sed multæ inſūt ciſternæ & i urbe & i agro. Hinc Arabes Moabitidæ & Amonitæ orietales ſūt. ydumei Egyptii & Phileſtei. Meridionales & maritimæ ciuitates Ptolomaida: q

L5

& Accon. Tyrus & Tripolis occidẽtales Tiberiaſq; Ceſarea Philippi: regio Decapoleos & Damaſcus Septẽtrionales. Xp̃iani duces re frũmtaria optune ꝓuiſa: q̃tuor locis oppugnare urbẽ ſtatuerũt. patiſq; machiniſ magna ui urbẽ inuaſere. Gotfridus cũ fr̃ibus ptem muri ſibi aſſignatã primus aſcẽdit: & Balduinũ in urbẽ deſcẽdere iuſſit: q etſi magna hoſtiũ turma circũuentus eſt: maiori tñ cede facta portam pfregit: & xp̃ianos admiſit. Raymũdus adminiſtratũ turris Dauidis q̃ amplæ arcis munimẽta hẽbat blãde pellexit: ut arcẽ cũ Gaza a ciuibus iportata ſibi dedens: ſaluus cũ ſuis oibus demigraret. Gotfridus Nortmãnuſq; & Frãdenſis comites urbe capta: occurrẽtibus q̃buſq; interfectis: ad Salomonis templũ quo multi cõfugerant trãſiere: Ibiq; acriter pugnatũ eſt. eaq; cedes in templo cõmiſſa: ut interfectoꝝ cruor pugnantiũ taloſ altitudine ſuparet: nocteq; ſupueniente: ſupiora tẽpli expugnare nõ potuere. Sed ſequẽti die eo reditũ ẽ. Veꝝ ciuibus miſerabili uoce pacẽ petẽtibuſ uita cõceſſa ẽ: atq; ita urbs Hieroſolima a xp̃ianis capta eſt Idibus Iulii nono et nonageſimo ſup̃ milleſimũ ſalutis ãno xxxix. die poſtq̃ obſideri cepat. Qui annus q̃dringenteſimus nonageſimuſq; currebat: poſtq̃ ſub Heraclio a ſaracenis capta fuerat. Mãſere octo dieſ xp̃iani ſacꝝ ſepulcꝝ dñi et cetera ſãcta loca uiſitãtes. Deiñ ſũmo oim cõſenſu elatũ humeris Gotfridũ Hieroſolimoꝝ regẽ acclamauerũt. q dñium q̃dẽ urbis acceptauit: regni uero titulũ & coronã reſpuit: Indignũ ducẽs illis aureo diademate hõiem uti: i quo rex regũ ſpineã coronã ſuo ſãguine manantẽ geſtaſſet. Rurſus poſt octo dies Arnulphus pbr̃ patriarcha creatus eſt: & ab epiſcopis qui aderãt cõſecratus. Moxq; Neapolitani urbis Aſſiriæ legati ad Gotfredũ miſſi: ſe et ſua illi dediderũt Interea nunciatũ eſt Solimanni Babiloniæ regis ingentẽ exercitum Aſcalonẽ perueniſſe urbem uigintiquinq; milibus paſſuũ a Hieroſolima diſtantẽ: populoq; Hieroſolomitão

Oppugnatio Ieruſalẽ

Vrbs Ieroſolia a xp̃ianis inuaditur.

Balduinus portã pfregit et xp̃ianoſ admiſit

Ieroſolima capta eſt a xp̃ianis. ãno. Mxcix.

Prius a ſaracẽis capta

Gotfredi regis Ieroſolimoꝝ humilitas.

Arnulphus pr̃iarcha creatur.

Solimãni Babiloniæ regis exercitus.

ſemp infenſā. Statuit Gotfredus hoſti occurrere: & Petro
heremita ad urbis cuſtodiā relicto reuocato Euſtachio atq;
Tācredo: quos cū duabus legionibus Neapolim miſerat:
cū pr̄iarcha egreſſus eſt: captiſq; nōnullis ex hoſtiū caſtriſ:

Clemens princeps mi-
litiæ.

didicit Clementē eſſe regis Babilonioꝝ Solimanni militiæ
principē: cui quingenta hominū milia militarēt: & claſſem
hr̄e paratā frumēto & machinis onuſtā. Nec tn̄ aio defuit

Gotfridus uictor eua
ſit ceſis. C. milibus

Gotfridus: ſed pugna cōmiſſa uictor euaſit: ceſis ſup̄ centū
milibus hoſtiū. Clemens naui ꝓfugit: & Aſcalonēſes Got
frido ſe dediderūt. Multū auri multū opū hæc uictoria xp̄i
anis attulit: Hieroſolimāq; tutā in circuitu fecit. Principes
uoto potiti plures domū repetere ſtatuerūt. Inter quos pri
mi fuerūt Nortmannus &. s. Egidii Frandenſiſq; comites.

Ioppes expugnat̄ &
Ramula.

Gotfridus cū fratribus iilic remanſit: Ioppēq; maritimā ex
pugnauit: & Ramulā campeſtrē urbē: quæ iter ab Aſcalo-

Caphas profina dicta

ne Hieroſolimā impediebat obſedit. & Cayphā quæ alio
nōie Profina dicit̄: ad Carmeli radices ſita: q̄tuor milibus

Accon.

paſſuū ab Accon ſemota durāte obſidione Tiberias Gali

Gotfridus obiit. Bal
duinus fr̄ creatur.

leæ ciuitas ſeſe dedit: & Caipha recepta ē. Gotfridus uero
āno uno poſt captā Hieroſolimā: febre correptus obiit. et
Balduinus frater rex Hieroſolimæ creatus ē Anno. MCI.

Vrbanus. II. moritur
Paſcalis. II. ſurrogat̄.

nr̄æ ſalutis. quo anno & Vrbanus. II. Romæ obiit. Cui Re
merius Bleda oriūdus ſubſtitutus ē: Paſcalis. II. appellatus
Et Rogerius Siciliæ comes Camiſio lōga obſidione capto
uita exceſſit. Cui alter Rogerius ex fr̄e nepos ſucceſſit. Pa
ſcalis magno uir aio aduerſus Guibertū antipapā in Alba
Marſoꝝ agentē exercitū miſit: Rogerio Siciliæ comite mil
le auri untias & militū auxilia p̄bente. Guibertus auxilio:
quod Ricardus Capuæ comes dederat diffiſus: in Furconē

Antipapa moritur.

ſiū montana: nūc Aquiloꝝ ſe recepit: ibiq; grādeuus obiit
Sed apud Auerſā: q̄ ciuitas Ricardo federata erat albertuſ
qdā p ſeditionē illi ſubſtitutus ē. z eadē die depoſitus atq;
r̄legatuſ. alterq; Teodericuſ nōie apud Cauā ꝓphanatus ē

Quē Cauenſes quinto & cēteſimo die abinde penitētia ductī: depoſitū: & Anachorite habitū indutū cuſtodiri curarunt. Tertius itē Magnulphus nōie ciuis Romanus apud Rauennā papatus titulū uſurpauit: quē Romani exilio dānauerunt. & Rauennates quoqꝫ omī ope deſtitutū prepulerūt. Sic pacata eccleſia in ſpūalibus: Paſcalis ad tpalia ſe cōuertit: ciuitatēqꝫ Caſtellanā & Beneuentū Rogerio auxiliante p legatos recepit: eoqꝫ ſe cōtulit. Petrus Colūpna interea ciuis Ro. Ricardo federatus: Capue comitis Cauas agri Peneſtrini oppidum: quod erat beati Petri occupauit. Pontifex in eū ducens Cauas expugnatas recepit & zagaroꝝ Columpnāqꝫ de pīna hæreditate illi abſtulit. Familiā Corſoꝝ Romæ potentiſſimā: quæ Gregorio. VII. fideliſſima fuit aduerſus Henricū. III. ita ut eius domus Capitolio ꝓpinquæ ab Impatore deſtruerent̃: cū mutato cōſilio Hērico et antipapis fauere cœpiſſent: Roma expulit. Stephanus ex ea familia abſente papa: eccleſiā ſancti Pauli: & caſtellū ibi ædificatū furto occupauit: magnaqꝫ inde Romāis intulit damna. Quē reuerſus pōtifex inde deiecit. Conciliū Florentie habuit: in quo epm eius urbis aſſerentē antixpm natū eſſe redarguit. Tenuit et conciliū apud Trecas: ī quo Gallicanas reformauit eccias. Reuerſus in Italiā: oīa cōturbata reperit. Stefanus Corſus montē altū et Ponticlū in pīmonio ſācti Petri cœperat: oēmqꝫ illā orā uexabat. Ptolomeus Sullacēſis tyrānus: Petrus Colūpna: et abbas Farfenſis cū Ananinis Preneſtinis Tiburtinis Tuſculanis & Sabinis rebellauerāt: Albamqꝫ Latinā inuaſerant. Sed Paſcalis expugnato per uim Tiburto: & Corſis ad obedientiā reductis: pacem reformauit. Boemundus in Aſia Gotfridi cognita morte Hieroſolimā ſe cōtulit: ueritus nequid mali accideret. Idē fecerūt Bleſenſis et Stefanus Burgūdie comites: regnū Balduino cōfirmanteſ. Saraceni turciqꝫ magnas copias hac morte audita: Hieroſolias duxerant. ī quos dū

Tres antipapæ deponuntur.

Columpnenſes Cauas occupant.

Colūpnenſes uincunt̃

Corſoꝝ familiā pontifex abſtulit.

Stephanus Corſus eccleſiā. s. Pauli et caſtellum furto occupauit

Conciliū Florentiæ.

Conciliū apud Trecas

Rebelles.

Tiburti expugnatio.

Saraceni Turci Hieroſolimas duxerunt.

Xpiani occiduntur.

Balduinus paꝝ cõſulte fert᷑ cõflictus eſt: & Boemũdus in eo ꝓlio captus: Bleſenſis et Burgũdiæ comites occiſi. Rex turpi ufga Hieroſolimã repetiit. Nec tñ auſi ſunt Turci ci uitaté obſidere. Tancredus Boemũdi nepos Antiochiam cõſeruauit: & audiens Alexiũ de damno xpianoꝝ lætari: tranſitũq; militibus ex Europa ueniẽtibus ꝓhibere: Laudi ciam eius urbẽ bello pſſam expugnauit. Boemundũ trien nio in carcere maceratũ multo auro redemit: Antiochiãq; illi ſumma fide reſtituit. Quod audiẽs Balduinus i Accon ducere ſtatuit: uocauitq; Genuẽſes & Venetos in auxiliũ: qui roſtratas naues et triremes octuaginta duxerũt in Ac con uigeſima die: terra mariq; obſeſſa capta ẽ. Et multi Sa racenoꝝ qui auxilio uenerãt occiſi: aut fugati ſunt. Boemũ dus Antiochiæ principatu nepoti cõmendato in Italiã na uigauit ad quintũ annũ regnãte Balduino. Interea Henricũ tertiũ filius Henricus bello apud Leodiũ ſupat: multiſq; ho ſtium occiſiſ: Coloniã petit patri fauentẽ: eãq; occupat puo tp̃e obſeſſam. Reuerſuſq; Leodiũ: patrẽ obſidione claudit. Quo ad annũ regni ſui undequinq̃geſimo uita fũcto: filius ip̃e regna eius obtinet. Per hoc tp̃s Matildis comitiſſa Par mam et Mantuã ab Hẽrico ſibi cõſobrino: in rebellionẽ ad uerſus genitorẽ ptemptatas ſibi ſubiecit. & Venetoꝝ auxi lio Ferrariã obtinuit Anno. MCI. Robertus Frãdiæ comes ex Aſia reuerſus: cũ rege Angliæ: ſubiecta oppida etſi uici na ptẽptaſſet: ab illo in ꝓlio ſupatus captuſq;: & luminibus orbatus i carcer̃ obiit. Raymũdus ſancti Egidii comes quo anno capta ẽ Accon in pria obiit. Et Venetiæ eodẽ anno in tra ſexagintaocto dies: duplici incẽdio pene abſumpti ſunt Matamaucũ incẽdio conſumptũ: & inundatiõe ſubmerſum ẽ. Boemũdus cõpoſitis domi rebus i Franciã ꝓfectus: Con ſtantiam Philippi Francoꝝ regis filiã inde uxorẽ duxit. Et cognitis Alexii conatibus: qui Antiochiæ maritimas urbes

Laudicia expugnatur.

Naues roſtratæ & tri remes. lxxx.

Henricus Imperator a filio obſidetur.

Mathildis cõitiſſa Par mã et Mantuã ſubiecit

Ferrariã obtinuit.

Robertus Frandiæ Co mes in carcere obiit.

Matamaucũ cõſumit᷑.

Boemũdus Francorũ regis filiã uxorẽ duxit

infeſtabat: pata claſſe in Dalmatiã nauigauit: Dirachiumq́
obſedit. Veneti in auxiliũ ab Alexio uocati nõ Boemundũ
ſed Apuliæ maritimas urbes nauigio uexauere. Nec tñ Bo
emundus ab obſidione diſceſſit. Ob quã rem Alexio pacẽ
petẽti: benignus annuit: ea lege: ut milites francos in Aſiam
trãſire pmitteret. neq́ Antiochiã infeſtaret: quo paulo poſt
& ipſe nauigauit. Ad cuius aduentũ Balduinus rex Beritũ
urbẽ maritimã Fenicis regionis: inter Sydonẽ & Biblũ ſitã
q̃ ſub Tyri metropoli eſſet duobus obſeſſam mẽſibus: xpi
anoꝝ ſanguine ui cœpit. Seuitũq́ eſt in omni plebe. Et qm̃
ager ille feraciſſimus & ameniſſimus erat: urbs ea tanq̃ Co
lonia xpianis cõceſſa eſt. Eodẽ anno & Sydon obſidiõe ca
pta eſt. Et Boemũdus princeps mortuus eſt: Boemundũ fili
um ex Cõſtantia uxore ſuſceptũ: ſub Tancredi nepotis cu
ra ſucceſſorẽ relinquens Antiocheni principatus. Henricus
uero q̃rtus rebus in Germania ordinatis: in Italiã uenit. Et
qm̃ eſſet Paſcali pontifici parũ gratus propter inueſtituram
epõrum: quã iniuſſu põtificis faciebat: apud Sutriũ cõſtitit:
miſſa legatiõe q̃ pontifici inueſtiturã epoꝝ dimittendã & ſe
curitatẽ omnimodam pſtandã polliceret iureiurãdo adhibi
to: ſi Impator coronaret. Miſſi ſunt ad Sutriũ q ꝓmiſſionẽ
et iuſiurandũ acceperũt. Et Impr p montẽ gaudii: q & mõs
malus dr: ad ciuitatẽ Leoninã uenit. & in gradibus. s. Petri
põtificis pedes exoſculatus ẽ. Deiñ in eccleſiã ambo igreſſi
ſunt. Requiſitus eſt Impr: ut inueſtituræ renũciaret. Qui ad
ptem ſe retrahẽs: poſt tres horas reſpõdit nõ eſſe faciendũ
quod peteret: ipmq́ pontificẽ intromiſſis armatis capi iuſ
ſit: et totus clerus pſoliatus eſt. Cardinales cum papa capti
ſunt: & in caſtra deducti. Populus Romanus in Teutoni
cos ſeuit: & tandem eos ex urbe Leonina deiecit. Impator
ad montem Soracte puenit: Iubenſq́ Cardinales & papã
certis in locis cuſtodiri: ad pontẽ Mammeũ: qui Mammeæ

Dirachiũ obſidet Bo.

Alexio pacem annuit

Beritũ urbs Fenicis regionis.

Sydon capitur.

Henricus. IIII. in Italiã

Mons Gaudii

Pontificẽ et cardinales Henricus cepit.

Mons Soracte.

Pons Mammeus.

Pons Lucanus.

Alexandri Impatoris genitricis opus eſt. Et ad pontē Luca
num rediēs: oia in circuitu urbis ædificia incendio corrupit
Nec tñ Romanos ſibi allicere potuit: niſi papā & Cardina
les reſtitueret. Henricus p minas extorq̄re a pōtifice inueſti
turas conatus: nihil perfecit: cū ille mortē potius oppeteret
Sed uictus ē miſericordia ciuiū ne deſtruerēt. & ductus ad

Pōtifex Imperatori in ueſtituras conceſſit.
Impator coronatur.

pontē Salariū accitis ex urbe notariis Henrico regi petitas
in regnis ſuis eccleſiarū inueſtituras cōceſſit. Et deinde in ba
ſilica ſancti Petri Impatorē coronauit: clauſis urbis portiſ:
ne populus erūperet: et baſilica ſtatiōibus firmata. Deinde
ab Italia receſſit Impator. Piſani p hæc tpa a pōtifice roga

Expeditio in ſaracēos Anno. Mcxvii.

ti: expeditionem in Saracenos decreuerūt: Baleares inſulas
obtinētes Anno. MCXVII. oēmq; iuuentutē in claſſem po
ſuerunt. Quæ dū apud uada Voliterrana uentū expectat:
Lucenſes deſtitutā defenſoribus urbē inuaſere. Quā Florēti
ni a Piſanis rogati tutati ſūt: Lucanis repulſis. Ob quā rem
Piſani uictoria cōtra ſaracenos in Balearibus inſulis potiti

Baleareſ inſulæ Florentinis donantur.
Conciliū Laterani

domū reuerſi: Florētinis illis donauerūt: duabuſ ex Porphi
rico marmore columniſ: q̄ ad portā ſacelli beati Iohānis ui
ſuntur. Deiñ conciliū Laterani congregatū eſt: in quo reuo
catū eſt quicq̄d Henrico de inueſtituris cōceſſum erat: q̄uis
papa ꝓ liberatiōe Cardinaliū id iuraſſet nō reuocare. Quo

Mathildis Comitiſſa obiit: & donū dedit Ro. eccleſiæ.
Conciliū in Lōbardia.

tpe Mathildis comitiſſa ſenio cōfecta obiit. quæ a Piſſia &
ſancto Quirico agri Senēſis uſq; ad Ceperanū quicquid in
medio iacet inter alpes & mare Romanæ eccleſiæ dono de
dit. Celebrauit & aliud conciliū Paſcalis in Lōbardia apud
Guardaſtallū: in quo urbes Emiliæ Placentiā Parmā: Regi
um: Mutinā: & Bononiā Rauennati metropoli: q̄ diu Ro.
eccleſiæ rebellis fuerat: nō ſubeſſe cōſtituit. Reuerſus Romā
pontifex: cū obiiſſet Petrus urbis præfectus: agnati eius &
amici filiū eius decennem in officiū ſurrogatum a papa con
firmari petierunt. Cum ille negaſſet: magnis eum contume
liis affecerunt: ita ut opportuerit urbe excedere. Quamuis

L8

Petrus leonis eius ptes tueret: qui magno in diſcrimine po ſitus eſt: cũ eius domus oppugnarent. In cuius auxiliũ miſit pontifex ab Alba Ptolomeũ Aricia uocatũ. Pugnatum eſt in urbe: & puer pfectus cũ cõplicibus tranſtyberim pulſus. Ibi tandẽ captus eſt. Placuit ſeditioſos hoies p municipia Campanie cuſtodiri. ad quæ cũ ducerent: puerũ & comites interceptos Aricіã duxit. Et Sarmetũ: Nynphaſ: Tiberiũ & maritimã oẽm oram ab obedientia pontificis auertit. Et Rome Petrus Leonis ſæpe piclitatus eſt. qui tñ accerſitis ex agro auxiliis uictor euaſit. Et pontifex in Apuliã pfectus: ibi conciliũ celebrauit. Henricus q̃rtus cognitis quæ Romæ fiebant: iterũ eo rediit: ubi ſuſceptus eſt maximis honoribus. Sed cũ uellet iterũ coronari eo q̄ exiſtimaret in cõcilio Lateranenſi ſicut inueſtiturã: ita & coronatõem ſuã reuocatã eſſe: nullus uicinus eps id muneris aſſumer̃ uoluit. Inuentus eſt archieps Bracharẽſis patria exul: a quo Impator coronatus ẽ: & mox in Germaniã rediit. Paſcalis abſoluto cõcilio cũ copiis Nortmannorũ ducũ reuerſus: multa oppida recupauit. Et in pneſte Calo Iohãnis Impatoris græci: q̃ Alexio genitori ſucceſſerat oratores abſoluit: & Romã ad eccleſiã ſancti Petri ſe cõtulit. Cuius aduentu territi Abbas Farfenſis & Ptolomeus latebras quæſierũt. et deniq3 p amicos pape recõciliati ſunt. Qui paucos poſt dies obiens: in Laterano ſepultus eſt. Succeſſor eius fuit ſecũdus Gelaſius: patre Creſcencio Caietanus. Interea Balduinus in Arabia: quã Syriam appellant Sobal caſtellũ edito in loco ædificauit: ut eſſet chriſtianis præſidiũ. Et Boemundus puer Antiochiæ princeps uita exceſſit. Cuius locũ tutor Tancredus obtinuit. Quẽ Balduinus ad ſe uocanſ: cũ Saracenіſ Turciſq3 et Arabibuſ magnaſq3 copiaſ hñtibuſ cõfligere uoluit. Sed ſupatuſ magnã cladẽ accepit multiſ ſuorũ ceſiſ. Turci ea uictoria elati monaſteriũ in mõte Tabor celeberrimũ

Pugnatũ eſt in urbe.

Auerſio ab obediẽtia pontificis.

Conciliũ in Apulia.

Henricuſ Romã rediit uolens iterũ coronari.

Archieps Bracharẽſis Henricũ coronauit.

Paſcalis. II. obiit.

Gelaſius. II. ſucceſſit

Balduinus in Arabia Sobal ædificauit.

Tãcredus Antiochie dominuſ.

Chriſtiani a Turcis ſuperantur.

Balduinus obiit.
Balduinus.II.rex.
Familia Fraiepanū.

Violētia in Conclauū

Pōti.calcibus cōcutit̄

Populuſ ponti.liberat
Hēricus iterū Romam

Pōtifex per Tyberim fugit.

Ponti.Caietā peruenit
Capuæ princeps: Dux Apuleæ: et dux Aquilei pontifici iurant
Antipapam erexit Imperator.

Imperator in Almaniam abiit.

deſtruxerunt: monachis ad unū trucidatis. Reuerſus Hieroſolimā Balduinus intra Ptolomeidā et Tyrum caſtellū edificauit nomine Scandalū: ac uita deceſſit. Cui Balduinus ſecundus de Burgo Francus: cōcordi xp̄ianorum uoto ſuffectus eſt. Sed Romæ in electiōe Gelaſii ſecundi: familia Fraiepanum: tum potens: cū non obtinuiſſet unū ex ſuis quem cupiebat eligi ad locū Conclauis pergēs ualuis refractiſ: pōtificem et Cardinales uariis affecit cōtumeliis. & Cincius ex eadē familia proiectū in terram pontificē calcibus cōcuſſit: uinctumq̄ domū duxit. Tulerūt id grauiter alii Romani: & impetu facto reſtitui pontificē obtinuere. quem ad Lateranum ſolenni pompa duxerūt. Interim Henricus Imperator in Italiā reuerſus: apud Sanctū Petrū ex improuiſo deſedit. Pontifex ad Bulgamini potentis in urbe ciuis domū cōfugit: indeq̄ mari fugiendū ſtatuit: duaſq̄ triremes turba impleuit pontificem ſequentiū. Et papā per Tyberim fugientē Teutonici ex ripa telis ac ſagittis cōfodere intentarūt ſicut noſtra ætate Romani Eugeniū quartū. Cardinales Ardeam noctu papā perduxere terreſtri uia cum mare tempeſtuoſum nauigari non poſſet. Et deinde reductus pontifex Hoſtiā tertia die Terracinā nauigauit: & deinde Caietam peruenit. Ad quem Guilelmus Apuleæ dux: Robertus Capuæ princeps: & Ricardus de Aquila uenerūt: nouūq̄ fidelitatis iuramentū ei præſtitere. et pontifex ibi cōſecratus eſt Imperator Mauriciū Bracharenſem archiep̄m in antipapā erexit: Gregoriūq̄ uocauit: et caſtellū Turriculum in agro Ananino obſedit. in quē pontifex Apuleæ proceres mittēdos duxit. Quibus nō expectatis Henricus in Almaniam abiit: & antipapa Romæ manſit auxilio Fraiepanū fretus. Venit Romam Gelaſius: & apud amicos delituit. Deinde Creſcencii Caietā nepotis ſui uiribus & Corſorꝝ Nortmannorumq̄ familiis fretus: in eccleſia ſanctæ Braxedis diuina

celebrans inuaſus eſt a Fraiepanibus. Sed reſiſtentibus amicis fuga ſubtractus eſt. Et inter Romanos diuerſarũ partiũ non ante prælũ diremptum eſt: ꝙ Fraiepanes intellexerũt uia Hoſtienſi pontificẽ effugiſſe. Sequenti die repertus a ſuis pontifex nõ longe a Sancto Paulo: in urbẽ reductus: habito conſilio Cardinalium rurſus migrare ſtatuit. Et relicto Portuenſi epõ in ſpiritualibus uicario: in Franciã nauigauit Et in Cumacenſi monaſterio honorificentiſſime receptus: illic obiit. Cui Guido Viennenſis archiepſ natione Burgundus ſubſtitutus eſt a Cardinalibus qui aderant: Caliſtus appellatus: proſapia oriundus Franciæ Angliæ & Almaniæ regũ. Qui non prius pontificatum acceptauit: ꝙ Cardinalium Romæ manentiũ clericꝗ & populi cõſenſum obtinuit. Quo habito: Romã uenit: & magno honore deſiderioꝗ receptus Beneuentũ ſe tranſtulit: ſacramentoꝗ nouo illarũ prouinciarum principibus adactis: & maxime Guillelmo Rogerio genito Roberti Guiſtardi filio Apuliæ duce: Romam rediit: miſſiſꝗ legatis: pacem cum Henrico quarto firmauit. et rurſus Beneuentũ petiit. Cauſa itineris fuit: ꝙ Guilelmus dux Apuliæ atꝗ Calabriæ Alexii Imparatoris Græci filiã ducturus uxorem: cũ Conſtantinopolim nauigaſſet curam terrarũ ſuarum pontifici reliquit. Sed Rogerius Siciliæ comes cõſobrinus ſuur: ꝙ primum illius receſſum intellexit: prius Calabriam occupauit: ꝙ Pontifex opem ferre poſſet. Hinc motus pontifex Beneuentũ petiit. Sed multis ſuoꝶ amiſſis: ipſeꝗ ægrotus Romã relatus ẽ. Rogerius etiam Apuliã ſibi ſubegit. Et Guilelmus uxore fruſtratus: ac dñio deiectus: apud Salernitanũ principem ſine filiis obiit Ex quo tpe Rogerius ſe regẽ Italiæ appellauit. Caliſtus ualitudine reintegrata: apud Lateranũ noningentoꝶ patrũ concilium celebrauit. In quo de ſubuentiõe xpianis danda deliberatum eſt apud Hieroſolimã laborantibus.

Gelaſius iterum urbe pellitur.

Iteꝶ in urbẽ reducitur

Gelaſius obiit.

Caliſtus ſurrogat᷑.

Caliſtus Romã uenit.

Põtifex pacẽ cum Hẽrico firmauit

Rogerius ſe regem Italiæ appellauit.
Conciliũ Laterani.

65

Ex libro decimoſexto. quarto

*Turci ſupantur.*

BAlduinus ſecundus prioris Balduini cõſobrinus apud Hieroſolimã regno potitus: ſecũdo ãno Gazin Turcorũ minoris Aſiæ ducem: cũ magnis copiis Hieroſolimã petẽtem: bello ſuperatum cõiecit in carcerem.

*Damaſci rex fugat̃.*

Sequenti anno Damaſci regẽ ex improuiſo ad portas uſq; Hieroſolimitanas cũ quindecim milibus pugnatorũ delatũ: cõmiſſo ꝑlio in fugã uertit. Duo milia cecidit: mille captiuauit. triginta tñ de ſuis amiſit. Cũ Venetis ut tantis ſibi in oppſſionibus opem ferrent fœdera pepigit.

*Balduinus a rege Parthorum capitur.*

Sed prius ꝗ̃ illi aduentarẽt: Balac Parthorum rege: Hieroſolimã magnis exercitibus petente cõgreſſus ſupatus & captus eſt: & apud Carras in carcerem cum multis xpianis proceribus cõiectus eſt. Caliſtus põtifex ex cõcilio Lateranenſi ad opem ferendã Venetos excitauit. et Ferramandus per id tempis Hieroſolimitanorũ patriarcha doctrina & religione cõſpicuus idem ſuadebat: promittẽs Venetis quæ prior Balduinus promiſerat rata futura.

*Veneti claſſem ducẽtarum nauiũ armarunt*

Veneti anno Milleſimocẽteſimouiceſimoſecũdo duce dño Michaele ducentarum nauiũ claſſem armauerunt. Et ad Ioppẽ delati: quã Saraceni Babilonici cum ſeptingentarũ nauium claſſe præmebant: diſiectis fugatiſq; Barbaris: multis eorũ captis obſidionem ſoluerũt: Patriarcha per terram pariter adiuuante. Deinde cõmuniter in Tyrum ductũ eſt: quam prius ſæpe temptatã nunꝗ̃ chriſtiani obtinere potuerant.

*Tyrus capitur.*

Sed tunc multo Venetorũ ſanguine capta & Hieroſolimæ regno addita eſt: tertiaq; pars Tyri et Aſcalonis ſi caperetur: cum multis priuilegiis Venetis aſſignata eſt.

*Balduinus redimitur.*

Balduinus precio redemptus Hieroſolimã rediit.

*Hemanuel Impator.*

Per quod tpus Hemanuel græcorũ Imperator CaloIohanni ſuffectus: chriſtianis tantam uictoriã inuidens Venetis imperauit: ut Dominicum Michaelẽ ducem ſuũ reuocarent. Is reuocatus: Rho

M2

dum: & poſt Chium græci Impatoris inſulas ſpoliauit. Et in Chio beati Theodori martiris corpus inuentum rapuit quod Venetias delatū eſt. Sanū Mytilenas Andrumq; diripuit: & Motomū ſpoliatum cōmuniuit. Spalatrum et Tragurium ab Hungaris eripiens: Venetoꝝ dominio ſubiecit Domūq; reuerſus intra trigeſimū menſem: lapidem ſecū attulit ſup quo chriſtus apud Tyrum ſediſſe fertur. Per hæc tempa Gregorius ille antipapa: qui alio nomine Burdinus appellatus eſt: apud Sutriū ſe cōtinuit: Ceccani tyranni auxilio fretus: euntibuſq; Romā ad concilium magna impedimenta præſtitit. Caliſtus oppidū obſedit: & oppidani Burdinum dediderūt. Qui camelo conuerſa in beſtiæ caudam: facie impoſitus: Romā perductus cum magno plebis ridiculo in Cauenſi monaſterio detruſus eſt. Et Caliſtus quinto anno ſui pontificatus obiit: Suffectuſq; illi eſt Honorius ſecundus ex agro ymoleſi genitus. Cuius tempore liberatus Balduinuſ: Boemundo alterius magni Boemundi filio uita functo (ut aliqui uolunt) principatū Antiochiæ Hieroſolimitano regno cōiunxit. Et Raymundo Guilelmi ducis Auſtriæ filio: cui ſuperioris Boemūdi filia nupſerat: tenendam cōceſſit. Regem Aſcalonitarū Egyptiorum copiis fretū unico prælio repulit. Et paulopoſt Baldequinū Damaſci regulum maioribus copiis Hieroſolimitanū infeſtantem agrum tribus præliis ſuperatū: multis ceſis captiſq; fudit. Interim Romæ Anno milleſimocēteſimotriceſimo Honorio defuncto: Innocētius. II. ſurrogatus eſt: de regione Trāſtyberim oriundus. Hic Rogeriū apud ſanctū Germanum caſtra habentē ex improuiſo aggreſſus: magno impetu repulit. Eoq; oppido capto: tyrannum in caſtro Galucio obſedit. Sed Guilelmus Calabrie dux Rogerii filius cū exercitu ſuperueniens cōmiſſo prælio & papā cum Cardinalibus cœpit: & patrem liberauit. Vſus tñ modeſtia Rogerius: pontificem

Beati Theodori corpus Venetias defert

Lapis xpi.

Caliſtus moritur.

Honorius. II. ſufficit

Raymūdus dūcis Auſtriæ filius.

Honorius moritur:

Innocen. II. ſurrogat

Calabriæ dux papam cū Cardinalibus cepit

& Cardinales liberauit: & quicquid uoluit præter regni ti
tulum ab eo obtinuit. Interim Petri leonis filius Petrus: Ro

Anacletus antipapa

mæ in antipapam aſſumptus eſt: & Anacletus appellatus.
Qui recepto eccleſiarū argento conflata pecunia: multis in

Inno. pont. in Franciā

urbe corruptis: potentiā Innocentii in urbe obruit. Innocē
cius ſibi timens cū Romā rediiſſet: fugiens per Piſas & Ge

Antipp̄ Rogeriū utriuſq; Sic. regē appellat

nuam migrauit in Franciam. Et interim antipapa Rogeriū
in partes ſuas traxit: regem utriuſq; Siciliæ appellatum. In

Conciliū apud clarum montem.

nocencius celebrato apud Clarū montem concilio: In quo
Petrum antipapā damnauit cum ſectatoribus: Aurelianū
ſe contulit. Et ſalutato rege Philippo: Carnotū petiit. Vbi
Henricū Angliæ regem obuium habens: pro ſalute fideliū

Lotharius Germanorum Rex.

eum eſt allocutus. & in Lothoringiam flectens: Lotharium
Leodii repertū: a Germanis regem electum: ſacramento ad
egit expeditionis parandæ: quatenus Romæ duceretur. &

Conciliū Remenſe.

altera ſynodo Remis habita: in Italiā rediit. Cōcilioq; Pla

Concilium Placentinū.

centiæ celebrato: Piſas ſe contulit. Quā ciuitatem cum Ge

Genuēſis metropolis.

nuenſi diu diſſidentem cōpoſuit. Genuenſem epm: qui Me
diolanenſi ſuberat: archiepm fecit: Tribus Corſicæ epis illi

Piſanis archieps dat.

cum Bobienſi ſubiectis. Piſanis quoq; archiepm dedit: tri
bus aliis Corſicæ epis & Populonienſi ſibi ſubmiſſis. Lo
tharius in Italiā uenit: & itinere continuato per Ianiculū in

Pons Mammeus.

trauit urbē: & Pontifex per pontem Mammeū in Lateranū
deductus eſt: antipapa deliteſcente. Rebus compoſitis: Im

Concilium Piſas.

perator in Germaniā rediit. et pontifex Piſas conciliū cele
brauit: in quo antipapā iterum damnauit. Sed Romæ anti
papæ fautores cum auxiliis quæ Rogerius ſuggerebat: ca
put attollere cœperunt. Quare iterū accerſitus Lotharius:

Piſanorum claſſis auxilio papæ.

Italiā repetiit. et Piſani claſſem auxilio papæ paratiſſimam
eduxerūt: quæ Malphim Reuellūq; & multa oppida ui ca
pta diripuit. Et pontifex cum Impatore Barulū duxit. Ro
gerius impetū ueritus: in Siciliā nauigauit: & oīa pdidit

quæ in Italia obtinebat. Quibus pontifex Rayonnē Lotharii Imꝑatoris comitem: attributo ducatu Apuliæ titulo: cū aliquot Germanoꝝ cohortibus præfecit: Romāq; rediit: et inde Lotharius in Germaniā. Obiit tūc antipapa occulteq; ſepultus eſt. & alter ei ſurrogatus: ad miſericordiā Pontificis confugit. Pontifex Laterani conciliū habuit: conſtitutionemq; edidit: nequis laicus manū uiolentam mitteret in clericum. Et fame Italiā uexante Romani Senatores creauere: qui urbem adminiſtrarent. Quibuſ dū pontifex reſiſtit Anno Milleſimocenteſimoquadrageſimotertio: defunctus eſt & Celeſtinus ſecūdus ei ſuffectus. In Aſia uero Balduino rege defuncto: Andegauenſiū comes Falco illius gener tertio loco Hieroſolimæ regnū accepit. In quem duobus filiis militaris ſcientiæ peritiſſimis tanq̄ legatis utentē: raro Barbari auſi ſunt incurrere. Turci tñ ſinum Perſicū incolentes: multa uirorū milia in agrum Antiochenū duxere. In quos ruens Falco: tria milia interfecit: & totidem captis Hieroſolimam duxit. Excitatus ad eā cladem rex Alaph gēte Turcus Babiloniis auxiliis fretus: Ediſſam Meſopotaniæ ciuitatem inuaſit: quā Balduinū a fratre Gotfrido obtinuiſſe diximus. Capta eſt urbs a barbaris crudeliterq; direpta: omnibus occiſis: qui xp̄m abnegare noluerunt. nobilibus mulieribus ſuper altari ſancti Iohannis Baptiſtæ: quod ſcirēt noſtris religioſiſſimū: uiolatis. Et Falco in uenatione dū leporem ſectatur: equo in caput euerſo: occubuit: Balduinuſq; filius eius tertius eius nominis regnum accepit. Et Celeſtino defuncto: Lucius tertius Bononienſis ſucceſſit. Quo tempe Ediſſæ urbis euerſio nūciata eſt. Ediſſa ea urbs eſt: ad quam Tobiam filium ſuum miſiſſe Gabelo: ſacræ litteræ tradunt quamq; Tatheus apoſtolus ad fidem Xp̄i conuertit: & in qua beati Thomæ oſſibus decorata Abagarus regnū obtinuit. q datis ad Ieſum epiſtolis: ſcripta manu dei reſponſa

Antipapa moritur.

Conciliū Laterani.

Innocentio Celeſtinus ſurrogat᷑. MCXLIII.

Tnrci in agrum Antiochenum.

Ediſſa a Turcis capit᷑

Prophanatio altaris .s. Iohannis Baptiſtæ

Rex i uenatōe morit᷑.

Celeſtinuſ pon. morit᷑

Lucius. III. ſurrogatur

Ediſſa urbs deſcribit᷑.

percipere meruit: quæ tpe euerſionis quatuor et quadragin

B. Bernardus abbas.

ta annis chriſtianis paruerat. Clarus erat hoc tempore Ber
nardus Claraualleſis abbas: qui principes adiens: hortatus
eſt crucem aduerſus Saracenos aſſumere. Inter quos Corra

Cōradus Lothario ſuc ceſſit in regno.

dus Sueuus nomen ſuū dedit: qui Lothario in Romanorū
regno ſucceſſerat. Sed medio tpe Rogeriuſ per negligentiā
pontificum in Italiā reuerſus: cūcta quæ amiſerat recupera
uit. Et claſſe in Aphricā ducta: regem Tuniſii ad tributum
cōpulit: quod annis plus ꝙ triginta perſoluit. Corradus ue
ro magno cruceſignatoꝝ exercitu cōparato: Conſtantino

Hemanuelis Græcorū Impatoris seductio.

polim peruenit: ubi ab Hemanuele ſecundo græcoꝝ Impe
ratore ſeductus Iconiū ducere perſuaſus eſt: ꝓmiſſis ex Cō
ſtantinopoli cōmeatibus: q aliunde haberi nō poſſent. Ob
ſeſſa eſt urbs admodū munita. Sed cū ſceleſtus Imperator

Farina gipſo inficiť.

græcus farinæ quā mittebat gipſum immiſcuiſſet: exercitus
morbo afflictatus eſt: ita ut Corradū re infecta in Tratiam
retrocedere oportuerit. Præſtitit tñ ea Corradi expeditio
id emolimenti: ꝙ Balduinus rex qrtus animo auctuſ: Aſca

Bald. Aſcalonā cepit.

lonam diu obſeſſam cœpit: cū paulo prius Gazam urbem
antiquiſſimā: ſed penitus derelictā reædificaſſet et fratribuſ
templariis inhabitandā conceſſiſſet. Auſus eſt etiā Baldui-
nus Turcoꝝ Satrapas Hiericontinos opprimentes aggre

Turcoꝝ quinq̧ milia interfecit.

di. Ex quibus prælio ſupatis: quinq̧ milia interfecit. Et dein
de Noradinū Damaſcenoꝝ militiæ principē Hieroſolimo
rum agrū infeſtantem: magna clade affectū: in Damaſci me

Lucius pont. moritur Eugenius. III. eligitur.

nia perſecutus eſt. Inter hæc Lucio Romæ defuncto: Euge-
nius tertius electus eſt Piſa oriūdus: ſancti Anaſtii abbas:
quem beatus Bernardus monachū fecerat. Hic intelligens
Romanoꝝ conatus qui Senatores cōfirmari ſuos cupiebāt
Ad Farfenſe monaſteriū noctu in Sabinos abiit: ibiq̧ cōſe
cratus eſt. Cœpitq̧ moleſtantes Romanos moleſtare: q pa
ce petita: magiſtratu ſe abdicarūt: & pōtifex Romā rediit.

Sed intelligens doloſe agere Romanos: Tyberi elapſus ē. Quem Romani haud ſecus q̄ Gelaſium olim: & nr̄a ætate Eugenium quartū iniectis telis pſecuti ſunt. Ille Piſas: & de inde in Franciā nauigauit. Vbi reperto Bernardo: ad regē Franciæ Ludouicū ſe contulit eūq; cruce ſignauit. Quē Con ſtantinopolim ꝓfectum: Hemanuel haut aliter q̄ Corradū decepit: per deſerta Syriæ ducere pſuaſum: adeo ut lacerū exercitum Antiochia in Hiberna ducere ſit cōpulſus. Sed Rogerius rex Siciliæ Hemanueli infenſus: claſſe pata Cor-ciram inſulā Corinthumq; ac Thebas & Euboyā de Impe rio græco accepit: duxiſſetq; Conſtantinopolim: niſi Vene toꝶ claſſem timuiſſet: quæ in ſinu Adriatico Sexaginta tri remium erat. Flexit igitur ad Aſiæ littora magna xp̄ianoꝶ fœlicitate. Ludouicū enim Franciæ regē qui ad ſancti Sime onis portū ſoluens Paleſtinā petebat: ſaracena claſſis forte obuia interceperat: cū Rogerius caſu obuius Saracenos ip ſos cōflixit: xp̄ianumq; regē gaudens liberauit. Interim Ve neta claſſis ea recupauit: quæ Rogerius occupauerat: & im munita reliquerat. Rogerius Francoꝶ rege apud Ioppē di-miſſo: Conſtantinopolim delatus: ſuburbia eius præſente Hemanuele incendit. Et palacium aliq̄diu oppugnatū cum cape nequiuiſſet uſq; adeo pugnando ꝑgreſſus eſt: ut poma Imperialis orti ad oſtentationē ſua manu legerit. Rediens autem a Veneta claſſe inuaſus: unde uiginti triremes amiſit Corradus Ludouicus & Balduinus ſimul iuncti: Damaſcū obſidere pgunt. Hanc urbē Habraæ ſerui fundauerūt: quæ campeſtrem habet agrū: natura ſolis ſterilem et arridū: niſi quatenus aquæ fiſtulis tuniculiſq; ſubductæ irrigant. quarū humor reddit terram omniū feracem & cōſitionibus pſtan tiſſimam. Paruus amnis in regione unicus ꝓxime menibus delabens. parua ab illis dirimit terræ lingula: conſitiōibus omniū in orbe p̄cioſiſſimis cōtecta: In q̄ reges caſtrametati

Pont. Tyberi elapſus uexatur a Romanis.

Eugenius in Franciam.

Rex Frāciæ decipitur.

Rogerius rex Siciliæ.

Venetoꝶ claſſis. lx. tri remium.

Rogerius regem xp̄ianum liberauit.

Suburbia Cōſtantino politana incendit.

Damaſcū Habraæ ſerui fundauerunt.

Amnis ī regione unus

Terræ lingula p̄cioſa.

Exercitus in Europam
Anno. MCLII.

Arx Fumonis.
Eugenius. III. moritur.
Anaſtaſi. IIII. ſufficit᷑
Adria. IIII. ſurrogat᷑.

Noruegia xp̄iana fit.

Populus Cardinalem i
uulnerat.

Caperanū: Babucum.
Rex Sic. titulo priuat᷑
Federic. Sueuus Impr

ſunt: fuiſſentq́ꝫ breui potiti urbe: aquam ꝓhibentes: niſi do
lus cuiuſdā Aſſirii iā dudū Balduino fidi: ſed nunc pecunia
corrupti ad aliā urbis ꝑtem caſtra mouiſſent: tanq̄ ibi mœ
nia facilius rūpi poſſent. Quo facto Damaſceni fluuio po
titi munitōibus adiectis: xp̄ianos aquatione ꝓhibuerunt:
& annonæ tranſitū impediuere. Ob quā rem ſiti fameq́ꝫ la-
borantes: xp̄iani obſidionem ſoluerūt: Ludouicus et Corra
dus cōminutos & male habitos exercitus: in Europā redu-
centeſ: ad propria ſunt reuerſi Anno. MCLII. Quo tp̄e Eu
genius Romā reuerſus: honeſte receptus eſt. q Terracinam
Siciāq́ꝫ & Norbanū ac Fumonis arcē: quæ loca tyranni oc
cupauerant: in deditionē recepit. et Tiburæ obiens Romā
delatus: in baſilica beati Petri ſepultus eſt: Anaſtaſio q̄rto
illi ſuffecto: ciue Romano. Cui breui defūcto Adrianus q̄r
tus ſucceſſit: gente Anglicus: q ab Eugenio. III. in Noruegi
am miſſus Cardinalis ꝓuinciam illā xp̄ianam effecerat. Hic
pontifex req̄ſitus ut adminiſtratōem urbiſ cōſulibus liberā
ꝑmitteret: renuit: neq́ꝫ Lateranū ad conſecratiōem de more
faciendā ꝓficiſci uoluit: niſi prius Arnaldus Brixianus he-
reticus ab Eugenio damnatus: ab urbe pelleret᷑. Quod cū
illi differret: Cardinalis ſanctæ Potētianæ dū ad pontificē
pergit: uia ſacra grauiter uulneratus ē a populo. Adrianus
interdictū poſuit: Quod dū ſacra ebdomada grauiter ſuſti
neret᷑: uicit pontifex ut Arnaldo pulſo & cōſulibus depo
ſitis: ſublato interdicto cū honore Lateranū deduceret᷑. In
terim Guilelmus Siciliæ rex: q defuncto Rogerio ſucceſſe-
rat: Beneuenti ſuburbia & Caperanū Babucūq́ꝫ oppida oc
cupauit. Quē Adrianus excōicatum: regni titulo priuauit
ſubiectoſq́ꝫ a iuramēto abſoluit. Federicus primus gente
Sueuia p hoc ip̄m tp̄s Impr deſtinatus: Lombardiā ingreſ-
ſus: Terdonā obſeſſam ui cepit: magnaq́ꝫ celeritate Romā
cōtendit. Pōtifex Viterbii agenſ: Vrbē ueterem: deinde ad

M 5

Ciuitatē caſtellanā ſe cōtulit: cōciliationeq; ꝑ internūcios fa
cta: in agris Sutrinis Impri occurrit: debitā reuerentiā exhi
benti. Quē paulopoſt i baſilica. s. Petri coronauit. Interim
portæ urbis clauſe fuerīt: cū conſules paꝝ cū papa cōcordeſ
Imprem ſuſpectarent. Sed plebs Romana incōſultis cōſuli
bus ꝑ pontē Traiani eruptōe facta: Teutonicos i Vatica
no obſeruatos: multis interfectis ſpoliarūt. In quos mox ul
tio facta ē: ab exercitu ꝗ in ꝑ̄tis Neronis hēbat caſtra. Sed
lenitus Impr a papa captiuos dimiſit. Ob quā rem ṗp̄a &
Impr nō uolētes ꝑ mediū urbis trāſire: ad Mallianū ſe cōtu
lere: ubi trāſmiſſo fluuio ꝑ pontē Lucanū ad Lateranū uene
runt: ubi ſolennia pacta ſunt. Tiburtini ſua ſpōte ſeſe dede
runt. Sed cognito ꝙ ad pontificē ꝑtinerent: urbē reſtituit:
atq; i Germaniā rediit Impr. Pōtifex uero rogatus a ꝓceri
bus regni: Beneuentū ſe cōtulit: maiorēq; regni partē Guil
lelmo abſtulit. Interea Paleologus nobilis ꝗdā græcus: He
manuelis ſecūdi Impris græci nūcius Anconā uenit: et deiñ
Beneuentū: obtulitq; papæ qnq; milia libraꝝ auri & Guil
lelmi expulſionē de Italia: ſi ſibi tres urbes Apuliæ mariti-
mas ꝑmitteret. Quæ cū Guilelmus reſciſſet: ad miſericordi
am pōtificis recurrens: reſtituere oīa ꝓmiſit: quæ de eccle
ſia abſtulerat: & ultra nōnulla oppida tradere: Romanos
rebelles ſubigere: et ſpacio tp̄is accepto: aurū quod græcus
ꝓmiſerat pſoluere: ſi abſolutus in utroq; regno cōfirmaret̄
Quod cū pontifici placuiſſet: Cardinales aliqui auaricia du
cti impediuerunt. Guilelmus mox cū paratiſſimo exercitu
Apuliā ingreſſus: oīa uaſtare cœpit: copiis græcoꝝ & A-
puloꝝ apud Brunduſiū prælio ſupatis. Et Apuli Salētiniq;
deditionē ei fecere. Pōtifex Cardinalibus indignatus: ꝗ ma
lum conſiliū dediſſent: Guilelmū ad ſe uocatū apud Bñuen
tum in grām recepit. Eūq; nouo ſacramento adauctū: de u-
troq; rēgno iueſtiuit: & ꝑ Caſſinatas Marſos Reatinos Nar
nienſes ac Tudertinos ad Vrbem ueterē ſe cōtulit: primus

Romæ coronat̄.

Pons Traiani.

Teutonici ſpoliant̄.

Papa et Imperator ad Mallianū.

Pontifex Benenentū.

V. milia librarū auri.

Cardinaliū auaricia.

Græci & Apuli apud Brunduſiū ſuperantur

Papa ad urbē ueterē.

89

pontificū Romanoꝝ:a quo ea urbs et inhabitata et cultior
reddita eſt.ubi aliqñ moratus Romā reuerſus eſt. Sed ma
lignam conſulū conuerſatiōem odio hēns: Agrianū petiit:

Adrianus.IIII.moriť
Alexāder.III.eligitur

Ibiq; mortuus eſt. Alexāder tertius papa Senenſis a uigin
tiduobus Cardinalibus mortuo Adriano electus eſt. Octa
uianus Romanus tituli ſancti Clemētis pbr̄ Cardinalis a tri

Victor antipapa.

bus tm̄ prophanatus: Victor appellatus. Orauit Alexan-
der p legatos Federicū Impatorem tunc Cremā obſidentē:
ut ſibi aſſiſteret. Ille rñdit:utrunq; pontificē ad ſe Papiā ire
oportere:iura partiū auditurū. Qua re cognita Alexander
Ananiā ſe cōtulit. Octauianuſ Segniā occupauit. Impator

Alexāder & Victor
ab Impatore citanť.

duos epos ad Alexandrū miſit:q eum Cardinalē appella-
tum:ad conciliū Papiæ uocauerūt. qui a pontifice cōfutati:

Victor ab Imperatoř
approbatur.
Alexander Imperato
rem excōicauit.

Segniæ Octauianū uiſitarūt: eūq; Papiā deduxerūt. Quē
Impator in cōcilio papam declaratū:adorauit:et equū eius
de more p urbem deduxit. Alexander monitione pmiſſa:
Octauianū & Impatorem excōicauit: deſtinatis lr̄is et nun
ciis p orbem:q ſuā iuſticiā oñderent: Romāq; rediit ſui pō
tificatus anno ſecūdo:ubi multos aduerſantes inuenit:max
ime cū Federici exercitus pter urbem ueterē & Ananiā oēs
eccleſiæ terras occupaſſet. Hortāte igiť Philippo Francoꝝ
rege:in Campaniā reuerſus: Terracinā petiit: & deiñ naui

Alexāder in Franciā.

gio quod Guilelmus rex Siciliæ cōceſſit:i Franciā pfectus
eſt:& in Mōtepeſſulano atq; in Claromonte anathema Im

Anathema Imperato
ris publicatur.
Rex hieroſolimitanus
in Egyptios.

patoris publicauit. Dū hæc aguntˀ:mortuo apud Hieroſo
limā Balduino tertio: Almericus fr̄ in regno ſuccedit. q in
Egiptios ducēs:Drogmon regis Egiptii copiaꝝ pfecto cō
greſſus:magnā in barbaris cedē edidit Alexandriāq; obſe
dit. Quā Tiracunus Saladini turcoꝝ regis pfectus Solda
no Egiptiæ fraude ſubtraxerat. Alexādrini cū nullo pacto

Alexandria Soldano
redditur.

xp̄ianis ſubiici uellēt:eatenus tñ Almerico ſe pmiſerť:ut in
Soldani ptātem p ſuas manuſ reducereť. Almericuſ ingēti

pecunia recepta: Soldano urbē reſtituit. Sed cū fraude uſū Soldanū intellexiſſet: in eum ducenſ: Carraſ: nūc Carrini ur bem potentiſſimā obſedit. Federicus interea tyrānica uſus poteſtate: Terdona ſpoliata: Mediolanū ſolo equit: eiuſq populū in ſex portarū tribus diuiſum: i ſex loca decimo ab inde miliario habitare coegit. Cremā maximis affecit incō modis. Ob quā rem Veronenſes Patauini Vicentiniq Venetorū conſilio uſi: fedus inter ſe pcuſſere: ut ſoluto Impera tori tributo: nihil ei ulterius obedirent. Federicus in Vero nam ducenſ: cū auxilia aliarum ciuitatū eo pueniſſent: retro ceſſit: Papiāq ſe recepit: Miſſiſq oratoribus regem Frāciæ rogauit: ut Alexandrū ad conciliū duceret: cum Victorem ipe ducturus eſſet. Dictus eſt conuentus locus apud Duno nem: ubi Frauo fluuius Gallos diuidit a Germaniſ. rebuſq Italiæ ut potuit ordinatis: Federicus ad concilium pfectus eſt: Scociæ ac Bohemiæ regibus: magniſq armatorum ac prælatorum ſtipatus copiis: Octauianūq duxit. Deinde proceſſit ad Fauonis pontem Philippus rex: Anglorū Rege Henrico ſociatus. Alexander apud Doleſe monaſterium Aquitaniæ relicto: conciliū adire negante quod ipe nō inſtituiſſet. Retroceſſit igitur in Germaniam Federicus: & Alexander concilium apud Turoniū indixit: in quo multa decreta ſunt: & Senonis pontificalis ſedes data. Interim Octauianus Lucæ mortuus eſt. & Guido Cremenſis in antipapam ſurrogatus. Et ciuitatum in Italia ſocietas aucta: Cremonenſibus: Brixianis: Burgonienſibus: Mediolanenſibus diſperſis: & Placentinis eis ſe adiungētibus. Et Romani creatis cōſulibus Alexandri amicis: eū ex Frācia reuocarunt. Qui primo Siciliā petiit mare diiectus Anno Milleſimocēteſimoſexageſimoqnto. Poſtq̄ Romæ Alexāder fuit ciuitates Lōbardiæ erectæ ſunt: & Impri munitas nōnullas arces abſtulerūt. Qui magnis copiis comparatis iterum in

Carras urbs potens.

Federicus Mediolanū ſolo equauit.

Federicus in Veronā.

Duno locus cōcilii
Frauo fluuius.

Conc. apud Turoniū

Antipapa moritur: et alter ſurrogatur.

Anno. MCLXV.

90

Venetoꝝ hoſtes.

Italiar reueti ſtatuit. Hemanuel uero Imperator paulo ante
hoc tempus Venetis aperte hoſtis declaratus: et Stephanū
Hungariæ regem ſibi amicicia coniunxit: illis inimicū. Ob
quā rem Veneti qui tutari Imperium græcoꝝ conſueuerāt
eius ſibi prouincias ſubiicere cœperūt: duos ſimul hoſtes ꝑ
peſſi. Et Dalmatæ Hyſtri atqꝫ Liburni ut nulli ſubiicerētur:
ſimulatā eoꝝ amiciciā ꝑ uices ludificabāt. Facta eſt claſſis

Quinq̃ginta triremiū claſſis in Hyſtros.

q̃nquaginta triremiū: quæ in Hyſtros miſſa: Polā Rubinū
Parencium Hemoniā & Humagum Venetis ſubegit: ſub

Gradenſis eccleſia primatus fit.

Adriano quarto: qui Gradenſem eccleſiā primatum ſuper
oēs ducatus Venetiarum Hyſtriæ & Liburnoꝝ eccleſias
obtinere declarauit. Quod cū Henricus ueteris Aquileiæ
pr̄iarcha ægre ferret: fauore Stephani Hūgariæ regis uſus:
Gradum capere intentauit. Sed claſſis Venetorum auxilio

Septingenti nobiles capiuntur.

miſſa: patriarcham & ſeptingentos nobiles ex foro Iulii et
Hungaria cœpit. Qui ea lege dimiſſi ſunt ut ſingulis annis

Tributū foroiulienſiū

Foroiulienſes tributū penderent duodecim porcoꝝ: et duo
decim panum: qui ſinguli ducentarū librarum eſſent: q̄ uſqꝫ
ad hoc tempus exhibiti ſunt in uenatōe quæ poſtremo car
niſpriuii die Venetiis habetur. Et deinde ſequēti anno Ar-
benſes Liburniæ populus ſubacti ſunt. Stephanus rex Hū

Regis Hungariæ ſimulata amicicia cū Vene•

gariæ ſimulata cū Venetis amicicia: duas ex nobilitate Vn
gara uirgines: duobus filiiſ ducis Veneti matrimonio copu
lauit. Eoqꝫ poſt breui in Dalmatos ducente: Spalatrū: Tra
gurium: Sibinicūqꝫ Venetis rebellare ſuaſit. Iadrēſes quoqꝫ
in rebellionē adduxit. Anconitani quoqꝫ Hemanueli græ

Anconitanorum dux ſuſpenditur.

co ſubiecti Venetos infeſtabāt. Sed dux eoꝝ Guiſtardus
captus a Venetis ſuſpēſus eſt: qui triremes quinqꝫ ducebat

Anno. MCLXVI.

Anno Milleſimocenteſimoſexageſimoſexto claſſis Vene-
ta Hungaros Iadera deturbauit: muroſqꝫ aperuit ad mare
reſpicientes: ducētis obſidibus ex nobilitate acceptis. Dal
matæ territi: eiectis Hungarorum præſidiis: Hemanueli ſe

dediderunt. Qui ſub fide publica una die omnes Venetos & omnia eoꝵ nauigia ſub Impio ſuo exiſtentia cum maximis mercemoniis intercepit. Studebant Veneti eū placare quoquo poſſent modo. Interim uiginti eoꝵ naues fuga elapſæ redierunt. Ob quā rem animo erecti: claſſem centū triremium & uiginti nauiū armauere: quibus Hyſtri decē triremes addidere. Hæc claſſis Tragurīū diripuit: Raguſium cœpit: Nigropontū obſedit. Sed ſpe potiūdæ urbis amiſſa Chyum duxit: inſulāq; ui cepit. Atq; peſte ibi ſuborta: Michael Vitalii dux rediit domū: et in tumultu uulneratuſ obiit. Sebaſtianus ditiſſimus ei ſuffectus eſt. Inter hæc Fredericus Barbaruſſus in Italiā cū magno exercitu reuerſus: blande ciuitates allocutus: nulli noxius: in Bononiēſem agrum deſcendit. & parte copiarū miſſa in Eutruriam: quæ antipapam Lucæ manentem aliqntulum erexit: ipſe Anconā profectus: eā urbem obſedit. & p Barones & amicos: res urbis Alexādro infeſtas reddidit. Interea ſociæ in Lombardia ciuitates: Mediolanum reædificarūt: & ſolito munitiorem urbem fecerunt. Laudenſes ſocietati acceſſerunt. Per hoc tempus Guilelmo Nortmanno Rege Siciliæ apud Pannoniū defuncto: alter Guilelmus filius ſucceſſit. Et Hemanuel græcus Imperator: miſſis legatis Romam: obtulit ſe cum omni eccleſia orientali uelle pontificem Romanū orbis chriſtiani caput recognoſcere: eaſq; copias in Italiam mittere per quas facile Federicus expelli poſſet Italia: pecuniaſq; ingentes promiſit: ſi ad Imperium occidentis reintegraretur: uniuerſalemq; monarchiam. Ad quam rem exploratius intelligendam: Pontifex anno ſui regiminis Septimo: legatos Conſtantinopolim miſit. Per quod tempus Romani Tuſculanos Albanoſq; odio perſequentes: qui tributa immoderatius imparata pendere noluiſſent: reclamante Pontifice: populariter menſe Maio in Tuſculanos duxere.

Greci pfidia Venetos uincūt

Federicus Barbaruſſuſ in Italiam.

Sociæ ciuitates Mediolanum reædificant.

Rex Siciliæ moritur

Græcoꝵ Impator: Pōtificem recognoſcit.

Romani in Tuſculāos

Rayno comes: quem ducatu Apuliæ Innocentius ſecūdus et Lotharius Imperator ornauerant. Inde deiectus a Rogerio Tuſculanū regebat. Qui accerſitis Germanis apud Nepeſum Sutrinumq́ ſedentibus: in Romanos delatus: tantā ex eis cladem intulit: quantam apud Cannos ab Annibale olim acceptas ferūt. Illud conſtat: q̄ nunq̄ poſtea Romani caput extulerūt. Germani uſq; ad urbis portaſ craſſati ſunt

Romanoꝝ cladeſ.

Et Federicus Ancona dimiſſa celeriter Romam uenit: & in pratis Neronis caſtra poſuit. Nec potuit ſuburbiū Vaticanum defendentibus Alexandri familiaribus expugnare. q̄re iratus: baſilicam ſancti Petri incendiſſet: niſi editui eū furentem amiſiſſent. Papa Laterano dimiſſo in Fraiepanenſiū domos ſeſe recepit: quæ apud Paladium erant. Guilelmus rex Siciliæ duas triremes & magnā uim pecuniæ papæ miſit: ut ſibi conſuleret. Pontifex remiſſis triremibuſ: cum duobus Cardinalibus conſiliū petiit a rege de rebus agendis. Federicus uero miſſis in urbem archiepiſcopis populo pacem promittebat: ſi inter duos Pontifices Romani ipſi: cauſam cognoſcere uellēt: & unū qui eſſet dignior accipere ex ipſis duobus uel alium: uelleq́ omnia reddere eccleſiæ: quæ occupaſſet. In quas conditiones cum populus inclinaſſet: Alexander noctu abiit ad Cyrceum: & deinde Caietā Beneuentumq́ acceſſit. Federicum uero peſtis expulit: in exercitu ſuo magna damna efficiens. Abiit ergo in Lombardiam. ubi cum ciuitates aduerſus ſe cōiuratas bello intentare cœpiſſet: territus eorum apparatibus: in Germaniam receſſit: hoſtibus abeuntem uſq; ad alpes inſequentibuſ. Moxq́ ſociæ ciuitates Alexandriam condiderunt: apud Rouoretum: locum Taro amni adiacentem. quæ ipſo anno aggere foſſaq́ & plancato munita: quindecim milia uirorum cultores habuit. Et Romani in Albanos ducentes: eam urbem ſuoꝝ progenitorū olim patriā: funditus euerterūt. Idem in

Federicus Romā uenit

Papa in Fraiepanenſ̄.

Rex Siciliæ papæ ſubuenit.

Pont. conciliū petit.

Federi. peſtis expulit.

Sociæ ciuitates Alexandriam cōdiderunt.

XV. mille cultores.

Tuſculanis egiſſent: niſi pontifex eoſ deterruiſſet. Hemanu el alios oratores miſit: priora promiſſa & maiora cōgeminans: ſi occidētis Imperiū ſibi cōmitteretur. Alexander cū cta reſpuit. Interim Guido Cremenſis in baſilica ſancti Petri: quā Federici ꝑſidio obtinebat mortuus eſt. Et Iohānes Sirinienſis abbas ex Pannonia (uir quidē furto infamis) illi ſuffectus ē. Rayno ſibi timens ei Tuſculū tradidit: ea cōditione: ut oppidum Montis Flaſconis a Germanis obtineret. Antipapa ea die qua fuerat admiſſus a Tuſculanis: eiectus eſt. Et Rayno a Flaſconenſibus minime admiſſus: cum fruſtra Tuſculū repeteret: ad pontificem (qui Verulas uenerat) ſe contulit: & ius quod in Tuſculano habebat ei donauit. Tuſculani quoqꝫ publico cōſilio: Alexādro ad ſe uocato: deditionē fecere. Ibi oratores regis Angliæ Henrici: auditi ſunt: purgantes infamiā: quam de nece beati Thomæ rex incurrerat. Pontifex duos Cardinales ad rem inſpiciendam miſit in Angliā. Quibus rex dimiſſo Hibernico bello quo erat intētus: apud Nortmandiā occurrit: reqꝫ diſcuſſa ad hoc uentum eſt: ut Henricus iuramento ſeſe purgauerit ꝓmiſeritqꝫ penitentiā agere pro nece ſancti uiri. Cuius etſi fuiſſet inſons atqꝫ inſcius: occaſiōem tn̄ præſtitiſſe ſit niſus: qa illū uiuentē minus debito honorauerit. Ducentos inſup milites Hieroſolimā miſſurū: qui annū ibi pſeuerarent: et ſeſe intra trienniū aduerſus barbaros cū exercitu: quē cogere poſſet ꝓfecturū: libertatēqꝫ eccleſiæ in ſuo regno redditurꝝ appellationeſqꝫ ad Romanā curiā libere pmiſſurꝝ. Hiſqꝫ rebus iureiurando ſua ſponte addidit: ſeſe ac filiū regni cōſortem Angliæ: regnum ab Alexādro pōtifice permiſſum ita obtinere: ut neminem poſt hoc Angliæ Regem fore declarauerit: qui a Romano Pontifice nō eſſet appellatus. Alexander Romanis oratis: ut ſe intromitterent: negocia ſolum eccleſiaſtica curaturum. Cum reiiceretur: Segniam ſe

Guido antipp̄ morit̄
Io. infamis illi ſufficit̄

Antipapa eiicitur.

Tuſculani Alexādro ſe dederunt.

Excuſatio regis anglie de nece beati Thome

Pn̄ia regis Angliæ

Canoniſatio beati Thomæ.

Bellũ inter regem Frã-
ciæ & filium.

Federicus in Italiam:
Mons Ciniſius

Ager Terdonenſis.

Legatus Venetoꝝ ex-
cecatur.

Balduinus Hieroſoli-
mæ rex leproſus.

Federicuſ iteꝝ in Italiã

cõtulit: Ibiq; Cardinalibus ex Anglia reuerſis: auditis mira
culis beati Thomæ: ipm canoniſauit. Et paulo poſt inter
Henricũ regem & filiũ ſuum Viraniũ nomine: cui rex Fran
ciæ Philippus filiã uxorem dederat: bellũ exortum eſt. Cu
ius cauſa Aquitania magnis flagrauit incẽdiis: ſecũdo poſt
necem beati Thomæ anno. Sedatũ eſt tñ hoc bellum lega
ti papæ interuentu. Et Federicus quinto in Italiã rediit per
montem Ciniſiũ. Secuſam dolo captã diruit. Aſtenſes terri
tos in deditionẽ accepit. Alexandriã per quatuor menſes:
mediãq; hiemem duriſſima preſſit obſidione. Deinde p in
ducias ſuffoſſa cuniculis ciuitate: milites intromiſit: qui no
ctu portas aperirent. Sed illis trucidatis: ab erumpente po
pulo magnũ accepit incommodũ: & in die paſcatis obſidi
onem ſoluit: Papiãq; pergens: occurrẽtibus hoſtibus in a-
gro Terdonenſi per legatos inducias cũ eis pepigit: deſig
natis prælatis ac proceribus q de pace tractarent. Atq; ita
ipe Papiam: & ciuitatem exercitus: ſuã quiq; domum peti
ere. Placuitq; oĩbus nihil inconſulto Alexandro de pace
agere. Cremonenſes quorũ conſules copias tardius eduxe
rant illos amouerũt & eoꝝ palacia deſtruxerunt: ne uiderẽ
tur per amiciciã Papienſium colluſiſſe. Veneti durũ exiſti-
mãtes Hemanuelis bellũ: legatum ad eũ miſere: Henricum
Dandalũ quem libere locutum cõtra ius gentiũ Hemanuel
(cãdentia inſpicere coactũ enea) excecauit. Eaq; res fecit: ut
cum Federico pacẽ: & cum Guilelmo rege Siciliæ fedus in
ãnos uiginti Veneti pcuſſerint. Interea Almericus rex Hie
roſolomitanus Cayrum obſidens q̃uis ſpe potiundi nõ ca
reret: pecunia tñ placatus abſceſſit. Et Aſcalonẽ paulo poſt
ducens: male prouiſis cõmeatibus: infecta re domũ rediit.
Cui nõ diu poſtea defuncto: Balduinus filius: ſextus Hiero
ſolimæ rex ſuffectus eſt. qui etſi lepra percuſſus fuit: regnũ
tñ fortiter & prudenter adminiſtrauit. Federicus cũ nouas

ex Almania copias aduocaſſet:pacem ab Alexandro ciui
tatibuſqꝫ petitā concedere recuſauit. Ob quā rem Mediola
nenſes Papienſem Comenſemqꝫ agrum hoſtiliter populati
ſunt. Et Alexander nouæ urbi Alexandriæ epm̄ dedit An
no Milleſimocenteſimoſeptuageſimoquinto: & ſui pontifi — Anno. MCLXXV.
catus decimoſeptimo. Copiæ Federici per ſaltū Domuſſule — Saltus Domuſſule.
Comū peruenere: & Brixiani Veronenſeſqꝫ Nouarieſes &
Vercellenſes p̄ſidia Mediolanenſibus miſere. Qui exeūtes
cum Carocio in rus Barilianū ad horam diei tertiā perueni
entes: uia Comenſi: ſeptingentos equites præmiſere. Quos
Germani uſqꝫ ad Carociū repulere: ibiqꝫ atrociſſimū prælīū — Atrociſſimū prælium
cōmiſſum eſt: & ſignifer Imperatoris occiſus: & Aquila ca — Signifer Impris occi
pta. Sub Federico quoqꝫ dum acriter pugnat: multoſqꝫ ſua — ſus & Aquila capta
manu occidit: equus cōfoſſus eſt: & ipe cadens creditus eſt
interfectus. Magna in Germanos: maior in Papienſes atqꝫ
Comanos occidio cōmiſſa ē. Victor Mediolanenſis domū — Victor Mediolanēſis.
rediit: præda ingēti militi cōceſſa. Imperatrix Comi relicta
mutata ueſte uirū luxit. miſſiſqꝫ oratoribus cadauer a Medi
olanēſibus petiit ſepultura decorandū. Sed ille quinto die — Impr mortuuſ credituſ
prius apud Papiā Imperatorio habitu per urbem incedere — uiſus eſt.
uiſus eſt ꝙ uiuere eum populus reſciſſet. Proceres id ſibi ac
cidiſſe propter eccleſiæ perſecutōem palam dixere: et archi
epi proteſtati ſunt ſe defecturos niſi pontifici reconciliaret
Impator. Ob quā rem miſſi ſunt oratores ad Ananiam qui — Cogitur Impr ad recō
pacem ab Alexandro peterent. — ciliationem.

Ex libro decimoſexto.

COnuentū eſt Ananiæ ut pōtifex Bononiā: Im
perator Mutinā ſe conferret: ꝙ eo modo facile
poſſet ad colloquiū perueniri. Pro qua re com
plenda: pontifex ad Garganū montem ſe con — Mons Garganus.
tulit: ubi triremes a Guilelmo Siculo tredecim miſſas repe
rit: hiſqꝫ Venetias delatus: magno honore exceptus eſt. Et — Alexāder Venetias.

Rex turcoꝝ Noradi.

Egyptus & Siria per Turcum capiunť.

Balduinus Saladinũ ſuperat.

Soldani ſimulatio.

Græcus cum exercitu capitur a Soldano.

Anno. MCLXXVII.

Ferraria ꝓ conuento.

Dux Venetus: aurea roſa donatur.

Impator Alexandro pacem conceſſit.

itinere terreſtri ſex Cardinales Bononiam miſit. Federicus Mutinã uenit. Ad quem Cremonienſes Terdonenſeſq; reli ctis ſociis defecerant. Dum hæc geruntur: Noradinus Rex Turcoꝝ obiit: & Saladinus illi ſuffectus eſt: omniũ in illa gente fortiſſimus et prudentiſſimus: qui rege Egypti per ar ma capto atq; occiſo: Egyptũ ſibi Siriamq; ſubegit. Attri uiſſetq; chriſtianos in Aſia: niſi Balduinus quartus eodem anno quo ille regnũ accepiſſet. Hic enim ad tertiũ regni an num Saladini copias apud Aſcalonem fudit: et alio prælio apud Tyberiadem uiginti milia Saracenoꝝ Turcorũ & Arabum præſente Saladino ꝓfligauit. Præfecerat Saladi nus Aſiæ Armeniæ & Ciliciæ Soldanũ quendam gẽte tur cum cum paucis copiis. Interim Hemanuel ſecundus Cilici am ingreſſus: eã ſibi ſubegit. Et in Aſia minori apud Cime um primariã urbem caſtra poſuit. Soldanus qui ad regnũ aſpiraret cũ decem milibus in propinquo cõſedit: petẽs ab Hemanuele: ut parte ciuitatum quas ceperat retenta: quod erat reliquũ ſibi relinqueret: & fœdera ſecum iniret. Quod cum ille recuſaret: ſimulata fuga in artiſſimas fauces ſeceſſit: poſitis cuſtodiis: quæ ſequentẽ Hemanuelem includerent. Hemanuel inſecutus cum omĩ exercitu captus eſt: eaq; lege dimiſſus: ut reſtitutis quæ occupauerat: pacẽ conſtanter ſer uaret. Interim Anno. MCLXXVII. oratores Federici Ve netias ad pontificem ꝓfecti Bononiã ſuſpectam dicunt. Et Ferraria ꝓ conuentu eligitur. Erat quadrageſimale tempus et pontifex ducem Venetũ aurea roſa donauit: petiitq; Fer rariam: ubi rurſus mutatis conditiõibus Venetiis cõuenire placuit: ea lege: ne prius Imperator admitteretur: q̃ pacem iureiurando firmaret. Cõceſſit igitur Federicus pacem Ale xandro in ea formula quã ſemper optauerat: & Guilelmo regi Siciliæ. Quindecim ſociis uero ciuitatibus in ſex ãnos pacẽ dedit. Venienſq; Venetias in hoſtio ſancti Marci ad

pontificis pedes proſtratus: illos exoſculatus eſt. Et deinde ad altare maius ambo principes ſeſe amplexati & oſculati ſunt. Paulopoſt Federicus Rauennam & Bretenorū ſe contulit. Quod oppidū cum ſibi retinere uellet: a pontifice rogatus: reſtituit eccleſiæ. Alexander cum triremibus Guilelmi Siculi tredecim: & quatuor Venetis Sipontū rediit. ac per Troiam & Beneuentū Caſſinenſemq̧ ſaltū: Ananiā ſe contulit. Iohannes antipapa in caſtelli montis Albani latebras ſe abſcondit. Romani miſſis ad papā legatiſ de pace egerunt. Quæ ut facilius cōponeretur: pontifex Tuſculum petiit. Nec tamen euincere potuit ut annis iam quinquaginta cōtinuatiſ: tolleretur abuſus cōſulum. Illud tamen actum eſt: ut creati a populo cōſules: nō prius ad magiſtratum cuſtodiendæ urbis admitterentur: q̄ꝑ fidei ſeruandæ pontifici & eccleſiæ ſacramēto ad eius pedes adacti eſſent. Quibus cōſtitutis pontifex Romā tertium reuerſus: magnoq̧ honore exceptus: conciliū Laterani celebrauit: In quo prohibitū eſt: ne ferrū ligna arma ue Barbaris infidelibus importarentur. Quo anno Hemanuel ſecūdus Græcus Imperator moriens: Alexiū puerum: cui Philippus rex Franciæ Agnetē filiam deſpōſauerat: Imperii ſucceſſorem reliquit: Andronico græco regia ꝓſapia oriundo tutore dato qui aliquot annis ꝓ puero adminiſtraret Imperium. Et Balduinus q̄rtus cum morbo deterrente uxorem ducere noluiſſet: ſororē ſuam Sibillam Guilelmo Montiſferrati marchioni: cognomine Longaſpata uxorem dedit. Quæ primo anno filiū peperit: nomine Balduinū: anno Milleſimocenteſimooctuageſimoprimo. Quo tp̄e Alexander tertius Romæ obiit: et Lucius tertius ei ſucceſſit: Luca urbe gente nobili oriūdus. Andronicus uero ad Imperiū aſpirans: omnes Latinos: qui frequentes Cōſtantinopoli habitabāt & pupillo fauebāt: publico edicto expulit: nauigantéq̧ deinde laxādi animi gr̄a

Pedes pōti. exoſculat᷑

Pontifex Ananiam ſe contulit.

Cōſules Romani iurāt pontifici.

Pont. Romā reuertit᷑.

Conciliū Laterani.

Alexius puer græcoꝝ Imperator.

Anno. MCLXXXI.

Alexander obiit.

Lucius. III. ſucceſſit.

Andronicus Alexiū necauit:

94

Longaſpata.

Conciliũ Veronæ.

Balduinus puer rex.

Regnum Hieroſolimitanum populatur.

Rex Franciæ auxilia pontifici miſit.

Andronicus capit̃ & interficitur.

Imperatorem Alexiũ in mare præcipitatũ necauit. et aſſumpta purpura Imperiũ uſurpauit: primarioſq̃ i urbe ciues interfecit. Et Lõgaſpeta Hieroſolimæ defunctus eſt. Ob quã rem Balduinus quartus nepoti cõſulturus: Sibillæ nouũ uirum dedit: Guidonem de Luſignano Pictauorũ gente oriũdum: ea lege adiecta: ut ſe mortuo Guido ꝓ nepote Balduino. quoad puericiã ſupergrederetur: regnum gubernandũ acciperet: cui regina mox permiſſa eſt. Lucius aũt pontifex dum fauentibus quibuſdã ciuibus: Romanos deponere Cõſules adnititur: ex urbe deturbat̃: & fautoribus ſuis qui nõ effugerunt: effoſſi ſunt oculi. Pontifex Veronæ conciliũ cõuocauit: ut rebus orientalibus ſubueniretur. Nã Guido Luſignanus Hieroſolimitani regni adminiſtratione ſuſcepta: cum nimis ſuperbe ageret: a Balduino rege deiectus eſt: A quo et Balduinus puer rex inunctus eſt: Bertrando comite Tripolitano tutore deſignato: & adminiſtratore regni cõſtituto. Per quod tempus Saladinus regnũ Hieroſolimitanum populatus eſt: multis mortalibus interfectis: & præcipue templariis. Ob quã rem Heraclius pẽriarcha Hieroſolimitanus Veronam ad Luciũ pontificem uenit: et deinde ad regem Franciæ abiit Philippum: auxilia petens. Philippus multos milites Hieroſolimã ituros ad pontificem miſit. Interim Guilelmus rex Siciliæ ulturus iniuriã Latinorũ aduerſus Andronicũ expeditione parata Theſſalonicã Macedoniæ urbẽ accepit. Et multas Græciæ Tratiæq̃ ciuitates partim afflixit: partim ſubegit. nõ audente Andronico occurrere: q̃ ſuis ciuibus eſſet infeſtuſ quos uel occideret uel damnaret exilio. Qua neceſſitate impulſi Conſtantinopolitani: yſac quendam Imperiali ꝓſapia genitum: ex Pelopomeſſo uocatum: ad Imperiũ ſublimarunt. Qui Andronicũ prælio ſuperatũ captumq̃ ſingulis mutilatum membris: in acerbis cruciatibus uitã finire coegit. Lucius uero Pontifex Guilel-

mum Sicilie regem: qui pacē cum yſac compoſuerat Hiero
ſolimam mittere cum Francoꝝ militia ſtatuit. ſed dū nuncii
iter peragunt: uita defunctus eſt Veroni. Cui Vrbanus ter Vrbañ. III. ſurrogať.
tius de gente Cribella Mediolanenſi ſucceſſit. Et Federicus
primus Imperator: Henricū filiū ſuum ꝓuinciis quas in Ita
lia obtinebat præfecit. Et Iadrenſes dū per Venetos eorum
archiepiſcopus ad Gradēſis patriarchæ obedientiā reuoca
tur: ab eis deficiunt: Belæq; tertio regi Hūgariæ ſe ſubiiciūt Bela. III. rex Hūgariæ
Tunc quoq; quartus Balduinus Hieroſolimæ uitā finiuit.
Nec potuit Tripolitanus comes: tutor deſignatus: quinti
Balduini curā eius ſuſcipere: Sibilla pueri mr̄e Guidoneq;
Luſimiano prohibentibus. Et Balduinus ipe puer ſeptimus Balduinus. VII. puer
rex ad octauū poſtea mēſem defunctus eſt. Cuius mortem rex Hieroſolimitanuſ.
genitrix tamdiu occultauit: donec largitōibus ac blandiciis
patriarcha & proceribus in ſuā uoluntatem adductis: Gui
donem creari regem obtinuit. Tulit eam iniuriam grauiter Guido rex creatur.
Raymundus comes Tripolitanus: atq; in ultionem Regis
inducias cū Saladino cōſtituit. Per quos Tripolitanus co-
mitatus a fauore chriſtianoꝝ ſeparatus eſt: ſimulq; Tyberi
adis & Galileæ principatus: qui Raymundo per uxorē no Tyberiadiſ et Galilee
uiter acceptam parebat. Erant eo tempore induciæ cum Sa principatus.
ladino chriſtianis omībus: quos per hanc diſcordiā rumpe
re ſatagebat. occaſio data eſt. Princeps enim Mōtiſregalis Princeps mōtiſregalis
chriſtianus: ultra Iordanum dominiū tenens undiq; Sarace
nis circundatū: qui annonam perpetuo āni tempore Hiero
ſolimam importabāt: inſcio rege inducias temere uiolauit.
Ob quā rem Saladinus tempus eſſe ratus perficiēdi quod
optabat: quinquaginta milia equitū: peditum uero innume L. milia equitū & pedi
rabilem multitudinem cōgregauit: atq; ad Ptolomaidā ca- tum innumerabilia.
ſtra metatus eſt: quā templarii poſſidebant. Qui educentes Ptolomada tēplarioꝝ
pugnam cōmiſere: ac prælio ſuperiores cruentā obtinuere
uictoriā. Nam uir fortiſſimus magiſter hoſpitalis & melio Magr̄ hoſpita. cecidit

res quiq; de ſuis ceciderũt. Raymundus interim Tripolita
nus Tyberiadem cõmuniuerat: parũ Saladino fidens. atq;
uxore ibi relicta Tripolim reuerſus: ueritus ne xpiani dele
rentur: Guidoni regi recõciliatus: a Barbarorum receſſit in
duciis. Saladinus Ptolomaida obmiſſa: Tyberiadem obſe
dit. Magiſter templi Hieroſolimã confugerat. Quo cõpul
ſore Tripolitano comite inſtante Guido rex copias edux

XXX. milia equitum. XL. peditum.

it: equitum triginta miliũ peditum quadraginta miliũ. Qui
facto itinere cum loco aquarũ irriguo caſtra ponere ſtatuiſ
ſent: præuenti ſunt a Saladini copiis: & in loco arrido per
noctare coacti. Saladinus id intelligens: relicta obſidione
Tyberiadis: in caſtra uenit xpianis oppoſita. Et in aurora
cõmiſſo prælio: xpianos ſiti laborantes et prorſus deficien

Xpiani fugantur.

tes in fugam uertit: cedemq; magnã edidit: Tripolitanũ co
mitem ab amico ſeruatũ Barbaro Tyrum fuiſſe deductum
fama increbruit: Guidonẽ regem & templi magiſtrũ cum
notioribus xpianoꝝ militibus ſeruatis: Saladinus uinctos

Religioſi pcutiuntur. Pars ſalutiferæ crucis amittitur.

adduxit: Religioſos e prælio ſeruatos: ſecuri percuſſit. In
hoc prælio magna ps crucis ſalutiferæ ligni amiſſa eſt. Hac
uictoria potitus Saladinus Acconem duxit: quam xpiani
cum ſingulis ueſtimẽtis abire permiſſi eueſtigio dediderũt.

Beritum capitur.

Captum eſt deinde Beritũ & Biblium & omnis maritima
uſq; ad Aſcalonem. Aſcalonitæ uero munitionibus fiſi nõ
niſi poſt captam Hieroſolimã deditiõem facturos ſe reſpõ
derunt. Oberat multis chriſtianis Saladini humanitas: qui
nullum populũ urbe eiecit: tributa pẽdere uolentem: nec ul

Marchio Montiſferrati ad Tyrum.

li fidem fregit. Per hoc tempus Corradus marchio Montiſ
ferrati Tyrum applicuit nauigio uectus Imperatoris yſac:
cuius ſororem in matrimoniũ acceperat: propter opem illi
datã aduerſus græcũ nobilem ad Imperium aſpirantem. Et

Comes Tripolitanus

eodem die comes Tripolitanus de fuga ab infauſto prælio
eodem ſe cõtulit: qui uir perfidus Corradi ſuſpectã uirtutẽ

ducens: relicta Tyro Tripolim acceſſit: ubi morte ſubita-
nea defunctus eſt. & cadauer eius circūciſum repertū: Sara
cenus enim fuerat effectus. Tripoliſq; Antioceno principi
eſt cōmiſſa. Et per id tp̄s claſſis Guilelmi Siciliæ regis qua
draginta triremiū apud Tyrum apparuit: quā Margaritus
Siculus præſidio xp̄ianoꝝ ducebat. Saladinus Aſcalonā
reuerſus decem diebus oppugnata: urbē ea conditione rece
pit: ut Guidonem Luſignanū regem: & templi magiſtrū li-
beratos Tyrū deduceret. Interim Turcoꝝ alia manus Lau
diciam (dedentibus xp̄ianis) accepit. Quæ Arabum aucta
turmis dum in Antiocenis agris debaccatur: ab erumpente
xp̄iana militia tantā cedem perpeſſa eſt: quantā uix ſuperi-
oribus annis xp̄iani pertulerāt. Saladinus Aſcalonæ muni
ta auctus copiis quæ ab Antiochena populatōe diffugerāt
in Hieroſolimam duxit: fruſtraq; decē diebuſ ad occidenta
lem plagam urbē oppugnauit. Sed cōtinuatis rurſus uigin
ti diebus ꝑ uaria loca oppugnatiōibus obſeſſa: ingens mul
titudo deſperatiōe magis ſuppetiarū adducti: ꝙ̃ oppugna
tionum metu: ea conditione deditionem fecerunt: ut cū ſup
pellectili: quā ſinguli humeris ferre poſſent: abire permitte
rentur. Facta eſt deditio ſecunda Octobris die: anno nono
& octuageſimo poſtꝙ̃ chriſtianoꝝ fuerat. Migrantes xp̄i
ani Heracliū patriarcham & clerū facto agmine ſunt ſecuti
Et pars Antiochiā: pars Tyrum aut Alexandriam petiit.
Claſſis Margariti eos in Siciliā uexit. Saladinus Hieroſoli-
mam ingreſſus: campanas primū turribus eiecit. In ſanctis
baſilicis ſtabulatus eſt. Templum Salomonis cōſeruauit:
quod prius ꝙ̃ ingrederetur: aqua roſacea lotus eſt. Manſe-
runt Hieroſolimis xp̄iani Aſia oriundi non parua multitu
do: Syriani: Armenii: Iacobitæ: Georgiani: et Græci. Sala
dinus in Tyrum duxit: quā Guilelmus publico cōcilio de
fendendam & perpetua ditione tenendam acceperat. Qui

Subitanee moritur.

Claſſis. XL. triremiū.
Margaritus Siculus.

Turci ſuperantur a
chriſtianis.

Hieroſolima dedit' cō
ditione.

Saladi. cāpanas eiecit.
Templū Salomonis
conſeruatur.

Saladinus in Tyrum.

In Antiochiam.

Vrbanus. III. moritur

Gregori. viii. ſufficit.

Clemẽs. III. ſurrogat.

Saladinus XXV. ciuitates cepit.

Principes ꝑ religione arma ſumunt.

Friſones & Dani.

Saraceni affliguntur.

Siluina diripitur.

Veneti ſpem xp̄ianis dederunt.

Sicula claſſe adiutus: Saladinũ damno affectũ repulit. Ille in Antiochiã duxit. His cognitis Vrbanus tertius: qui pro ferenda chriſtianis ope generale promulgauerat edictum: Venetiaſq; petere ſtatuerat: in itinere apud Ferrariã obiit. Et Gregorius octauus origine Beneuentanus illi ſuffectus: pari ardore incenſus: Piſas ꝓfectus: Genuenſes ac Piſanos dum cõpoſuiſſet: lege adiecta: ut in Aſiam ꝓ tuenda religione ducerent: octauo & quinquageſimo die Piſis obiit. Et tertius Clemens Romanus pontificatũ accepit. Saladinus curſum uictoriæ ꝓſecutus: ciuitates qnq; & uiginti de principatu Antiocheno intra tres menſes cepit: Ipſamq; Antiochiam: corrupto multo auro patriarcha eius: obtinuit. Ad edictũ aũt Clementis multi principes excitati ſunt: ut arma pro religione ſumerent. Præcipui fuere Federicus Impator Philippus rex Franciæ. Riccardus rex Angliæ: & Oddo Burgundiæ dux: cũ multis archiep̄is & epiſcopis. Veneti quoq; & Piſani paratiſſimas eduxere claſſes. Venetæ præfuit archiepiſcopus Rauennas: & Piſanæ præſul Piſanus. Guilelmus rex Siciliæ pacato a pirratis mari: annonã om̄i fariam & ex Sicilia & Apulia ꝓfecturis miniſtrauit. Friſones quoq; & Dani triremes qnquaginta: & duodecim Frãdenſes armauere: Qui tranſeuntes in Mauritaniã & Aphricæ littora flectentes: Saracenos magnis incõmodis afflixerunt. Et Siluinã urbem quadraginta diebus obſeſſam: ui captam diripuere: mortalibus crudeliter occiſis. Propter quã rem tardius in Aſiã peruenere. Bela rex Hungarus ꝓ ſalute chriſtianoꝝ pacem dedit Venetis. Appulerũt Veneti ac Piſani Tyrum ſpemq; chriſtianis dederũt. Guido Luſignianeus: regio tumens nomine: per id tempus Tyrum ſe cõtulerat: ut eius urbis dominio potiretur. Sed ciues Corrado Mõteferratenſi fidem ſeruãtes: eum bonis uerbis eduxerũt Ipſe uero coacto exercitu: ex reliquiis chriſtianorum Tyri

congregatorū Anconam duxit. In cuius caſtra Veneti & Piſani copias expoſuere. Ganfredo Luſigniano frī ſuo rex montis dorſum quod urbi imminet: cōmuniendum attribuit. Ipſe cœtera belli munera obiuit. Et ſuperueniente Iacobo Aruennio Barbantini ducis præfecto cū Frandenſibus Friſonibus ac Daniis copiis auctus: bina foſſa comminuta. ſtadio inuicem diſtātia urbē cinxit. Saladinus uero multis undiq; cōtractis copiis: caſtra ſua xp̄ianorꝶ caſtris cōtulit: ita ut aſſidue & ab eo & ab oppidanis: xp̄iani ſagittarū iactibus uexarent̄. Pugnatū eſt una die totis uiribus: & cū xp̄iani propemodū uictores eſſent: caſu ob fugientem equū & ipſi fugere ceperūt: fuiſſentq; ad internitionē ceſi niſi Ganfredus ad cuſtodiam caſtrorꝶ relictus: eruptōe facta hoſtes repreſſiſſet. Duo milia ex xp̄ianis ceſi ſunt. Inter quoſ templariorū magiſter & Andreas Bremēſis comes uulnerati in caſtra delati perierūt. Anno ac dimidio durauerat tūc apud Ptolomaidam obſidio. et fames ac diſſinteria caſtra inuaſit xp̄ianorꝶ. In cuius remediū placuit ab hoſtiū caſtris annonā petere. Et triginta milia ex oī natōe ſublatis clamoribus ad hoſtium caſtra ꝓfecti ſunt. Saladinus fuga ſimulata caſtra ſine cuſtode dimiſit: annona et oīni ſuppellectili plena Ad quā rapiendam dum xp̄iani abſq; timore incumbunt: ipſe ad eam ptem ſua caſtra repetiit: unde erat ad ſuos chriſtianis reditus: oneratoſq; inuadēs ſtrauit & occidione maxima confecit. Interim Sibilla uxor Guidonis regis & filii quatuor quos ex ea ſuſceperat: ex diſſinteria in caſtris periere. Iſabellis Sibillæ ſoror & ipſa quarti Balduini Hieroſolimæ ſexti regis filia uirgo Herfrando Toronio nobili adoleſcenti deſpōſata erat: Cui Hieroſolimæ regnum ſublata Sibilla iure debebat̄: atq; in eam ſpem Herfrandus adoleſcens grōſus a xp̄ianis ꝓceribus attolli ceperat. Sed Corradus Ferratenſis Marchio Iſabellem Tyri agentem rapuit:

Barbantiñ dux.

Duo milia xp̄ianorū ceſi.

Saladiñ. fugā ſimulat.

Xp̄ianorum occidio.

Vxor Guidonis & filii perierunt.

Herfrandus.

Raptus Iſabellis.

Rex Sicilie obiit abſq; herede.

Adulterinus inſtituit'.

Federicus Imꝑator Cõſtantinopolim.

Vrbs Philomena.
Armenia minor.

Federicus ſubmergit'.

Ricardus rex ĩ Cyprũ

Clemens pont. obiit.
Celeſtinus ſurrogat'.

& cõſummato cum ea matrimonio Hieroſolimæ regni titulos uſurpauit. quod malo exemplo factũ principes ægre tulerunt. Sed neceſſitas annonæ quæ aliunde ꝙ ex Tyro hñi nõ poterat: adulandũ illi ſuaſit. Ipe uero largitõibus & munificentia potẽtiores quoſq; ſibi obligabat. Interim Guilelmus rex Siciliæ Pannornii obiit ſine legitimo ſucceſſore: ita ut regnum ad eccleſiã deuolueretur. Sed magnates adulterinũ ſibi regem inſtituerũt: Tancredũ Rogerio regi Normanno ex concubina genitũ uirum ſecordẽ: quẽ Guilelmus nec fratrẽ ſpuriũ appellare uoluit. Miſit Clemens. III. in Calabriam & Apuliã copias ad regni recupationem. q̄bus dũ Tãcredus reſiſtit: oĩa citra Farũ rapinis & cedibus uexata ſunt. Durãte obſidione Acconis: Federicus Imꝑator ex Almania cũ ampliſſimo exercitu ꝓfectus: ꝑ Hungariã Tratiamq; Cõſtantinopolim petiit. Quẽ yſac Imꝑator ꝙprimũ potuit: Boſſorũ tranſire hortatus eſt: eiuſ potentiã reformidans. Federicus Philomenã urbem cepit de Turcis. & Iconium delatus: adiacentẽ regionẽ populatus ẽ. Armeniã minorem ingreſſus: oĩa in ꝑtãtem ſuam redegit. Sed dũ lauandi cauſa rapidũ amnem inexplorato ingreditur: ſubmerſus eſt. Eius copiæ in agrum Antiochenũ delatæ: ꝑtim morbo partim fuga diſſipatæ ſunt. Dum aũt Federicus Boſſorum traiicit: Philippus ac Riccardus reges Gallico Tyrrenoq; mari Meſſinã delati ſunt. Vbi uentis oblatis Philippus foelici nauigatõe Ptolomaide portã attigit: et caſtra xpianoꝝ auxit. Ricardus tempeſtate in Cyprũ delatus: cũ a Græcis portu ꝓhiberet': excãdens: inſulã ui expugnatã ſpoliatãq; firmo ſuoꝝ pſidio communitã reliquit: atq; i caſtra ad Ptolomaidam ſe recepit. Oppugnabat' urbs acriter: ſed inerat ualidũ præſidiũ Saladini: a quo ſæpe eruptõe facta: chriſtiani incõmoda recipiebãt. Interim mortuo Romæ Clemẽti: Celeſtinus. III. & ipe Romanus ſurrogatus eſt: q̄ ægreferẽs

Tancredū regno Sicilie potiri: Conſtanciā Rogerio Nortmanno rege natā uirginem in monaſterio Panormi agentē occulte educi curauit: eamq̧ natu grandiorem: cumq̧ filios ꝓcreatura uideretur: Henrico ſexto Federici Barbaruſſi filio diſpenſatiōe apoſtolica in matrimoniū copulauit: Eūq̧ in regem a Germanis electum: Imperatorem cōſtituit: regnumq̧ Siciliæ citra & ultra Farū ſibi conceſſit: reſeruato cēſu cum terris eccleſiaſtici iuris. Henricus mox Tuſculū Celeſtino reddidit: Ipſe uero Romanis incōſulte illud tradidit. Qui oppido mox diruto: ſaxa ad memoriā cōſernandam deſtructæ urbis in cliuo capitolino poſuerūt. Henricus & Conſtancia Neapolim obſederunt: ſed peſte exercitū inuadente: re infecta ad Almaniam abierūt. Cōtinuata eſt oppugnatio Ptolomaidæ annis duobus: & deniq̧ ea conditione deditio facta ē: ut pars crucis dominicæ: quā ſupra per ditam diximus: reſtitueretur: & Barbari cū ueſtimentis in tuta perducerent̄. Pars Philippo: pars Ricardo deducēda commiſſa eſt. Sed cū dominica crux minime reperiret̄: Ricardus commiſſos ſibi crudeliter trucidauit. Philippus cū chriſtianis captiuis cōmutauit. Saladinus his damnis affectus: multas ciuitates aperuit: quas diffiſus eſt tueri poſſe. Inter quas Porphiriā Ceſariā Aſcalonem Gazam & Dan Et Ricardus Ioppem inſtaurauit: chriſtianiſq̧ repleuit. Cogitaueratq̧ Balduinus Hieroſolimam reddere chriſtianis: quod cōſilium diſcordia inter Philippum & Ricardū orta cōmutauit: cum alter alterū in agēdis ꝑturbaret. Philippus ſimulato morbo ut creditū ē ex Aſia receſſit: Oddoni Burgundo relicto exercitu. Ricarduſ maiori aīo ad res agēdas incubuit. ꝑ quod tp̄s Corradū Monteferratēſem Tyri i foro agentē ſiccarii duo: arſacidas ſaraceni uocāt: gladiis cōfoderūt. q̄ ſe morti deuouēt: ut hoſtes ſuæ ſupſtitōis occidāt: æternā iñ ſalutē ſperātes. Hi de fuga retracti: exq̄ſitiſſimis

Cōſtancia ex monaſterio Henrico copulat̄.

Henricus Tuſculū reddidit pontifici.

Henricus Neapolim obſedit.

Ioppes inſtauratur.

Oddo Burgundus.

Arſacidæ Saraceni.

Hen. Cãpaniæ comes.

cruciatibus perierũt. Henricus autẽ Campaniæ comes Iſa
bela regina in uxorẽ traducta: Tyri dominiũ accepit: Sed
regni titulos recuſauit: quia regem Franciæ ſubſequi feſtina
bat. Ricardus Guidonem Luſinianũ Blaude appellatum in
eam ſentenciam duxit: ut pecunia nõ grandi: rebus chriſtia
nis auxilio ſibi diſſoluta relicto regno Hieroſolimitano ac
Tyri & Ptolomaidæ dominio ad quæ aſpirabat: regnum

Regnum Cypri.

Cypri perpetuo poſſidendũ acciperet: quod ille ab Angli-
cis traditũ ſibi et poſteris ſuiſ in hæc uſq; tpa cõtinuauit. Ri
cardus & Oddo Burgundus Hieroſolimã obſidendã pe-
tere ſtatuerunt. Sed in itinere a Saladino uexati confligere
coacti: in quo prælio q̃uis ſupiores eſſent: Iacobus tamen

Bletemilis.

Auennius interfectus eſt: & ipi apud Bletemilem caſtra fe
cerunt: cõmeatumq; interceperũt qui ab Egypto Hieroſoli
mã portabat̃. Quod ſi tunc Hieroſolimã obſediſſent: erat
opinio Saladinũ minime in ea urbe manſurũ: neq; inuentu-
rum q remanere uellent. Sed Ricardus hiemẽ ueritus Aſca

Aſcalona & Gaza re
ſtaurantur.

lonam cõceſſit: quam pariter & Gazam inſtaurauit. Tem
plarii tñ Gazam muniuerũt. Oddo apud Tyrum hiberna

Veneta & Piſa. claſſis

egit. Veneta & Piſana claſſis tertio iã anno defeſſæ: domũ
repetere ſtatuerũt. Sed odiis inter ſe cõcertantes: magni ma

Pola Hyſtriæ urbs.

li cauſa fuere. Piſanæ claſſis pars Polã petiit Hyſtriæ urbẽ:
Venetis tributa pendentẽ: & apud eam captã hibernauit.
Veneti exarmata priori: nouã non magnã armauerũt: q Po

Claſſis Piſañ. incẽdit
Tanay.

la ui capta: claſſem Piſanoꝝ incẽdit. et Motonũ ꝓfecta one
rarias Piſanoꝝ naues a Tanay redeũtes intercepit: muros
Polæ ſubuertit. Deiñ pax inter utrãq; ciuitatẽ magno Piſa

Ricardus Angliæ rex

noꝝ damno facta ẽ. Ricardus Angliæ rex cũ parata eſſent
oĩa ad obſidendã Hieroſolimã: accepto nũcio q rex Frã
ciæ Normandiã uexaret: domũ reuerti ſtatuit. & maxime
cũ frater ſuus Iohãnes: ad regnũ Angliæ aſpiraret. Quod

Pax turpi cõditione.

breui exercitu: in Placentinos ducenſ: dñio oppido & mo
naſterio ſanctæ Columbæ deſtructo: miſſoq́ Hencio rege

Impr in Etruriam.

Fauenciã: tranſiit in Etruriã. Forliuienſes enim: Ariminẽſes
et Vrbinates cũ tota Marchia ſibi fauebant. Peruſini: Aſiſi
nates: Tudertiniq́ pontificẽ ſequebantur. Et p̄ter Florenti-

Etruria Fede. parebat.

nos: tota Etruria Federico parebat. Accedens igitur Floren
tiam nõ eſt intromiſſus: ſed poſtulãti cõceſſum eſt: ut Guel

Guelfi eiiciũt Florẽtia.

fis eiectis: Gibellina factio: rerũ in Florentia potiretur. Ab
iere Guelfi in exiliũ: et pars manus incidit Federici quæ ma

Vrſaria.

le habita eſt. Rodulphus de Vrſaria: & Raynerius Bõdel

montus i Vrſaria capti: alter aqua euectus: alter excœcatus
ſcilicet Raynerius: in Apuliā relegatus eſt. Interim Hēcius
a Bononienſibus prælio ſuperatuſ: cū maiori exercitus par
te captus eſt. Federicus uero ut quidā tradunt: in Siciliā tra
iciens: Panormi deceſſit. Alii affirmant eū in Apulia apud
Ferenſulam graui morbo laboraſſe: conualeſcenteꝗ a Man
fredo adoleſcente filio ſuo: ex nobili cōcubina ſuſcepto cō-
preſſo ore in ſtrato ſuffocatū. Illud cōſtat Federicum paulo
ante obitum Manfredo Tarentino principe inſtituto: mul-
ta oppida ultra principatū tradidiſſe. Cōradum uero ex Io
le Iohānis Hieroſolimitani regis filia ſuſceptū hæredem in
ſtituiſſe. Is a Guilelmo rege Alamaniæ diu bello agitatus: i
Sueuia ſe cōtinuit. Interea Manfredus Neapolitanos uexa-
re cepit: eius Imperiū detrectātes. Venit poſtea Corradus
in Italiam: & Eccelini fauore per mare magnū exercitum in
Apulia tranſportauit: ſtultoꝗ cōſilio oratores Neapolita-
nos audire noluit: qui Manfredo recuſauerant obedire: eo
rumꝗ urbem obſedit: & tandem octauo menſe fame com
pulſam in deditōem accepit: muro in circuitu euerſo. Idem
Capuæ fecit: & Aquinū nobile oppidū incendit. Biēnioꝗ
utraꝗ Sicilia potitus: Manfredi (ut creditū eſt) opera uene-
no (quod medici pecunia corrupti ꝓpinauerant) extinctus
eſt: Corradino ex fratre Henrico nepote hærede inſtituto
datis ex Germania tutoribus: cuius pater ex ſorore Regis
Caſtellæ genitus: a Federico fuerat interfectus. Interea ob
ſeſſi apud Damiatā Saraceni igne ſuppoſito in urbe fugam
arripuerunt. Sed Ludouicuſ rex re anim aduerſa: mox urbē
ingreſſus: flammas extinxit: & ciuitate potitus eam purga
uit. Et deinde ad ydus octobris: cū Robertus comes Picta
uenſis: nouas ex Galliis copias trāſportaſſet: menſe nouem
brio Damiata mouēs: ad Pharannaam urbem duxit: apud
quā Soldanus magnas coegerat copias. Dirempti duo ex-

Feder. mors uario mō

Manfredus Federici fili
us ex cōcubina.

Corradus Federici fili-
us hæres in Sueuia.

Corradus in Italiā.

Neapolim cœpit &
Capuam.
Aquinū incendit.

Veneno extinctus eſt

Saraceni fugant.
Damiata recuperatur.

Robertus Pictauenſis
Pharannaam duxit.

ercitus paruo fluuio in alterã hiemem cõſtitere: nunq̃ totis
copiis in rerũ diſcrimen depugnanteſ. Robertus tamen ma
iora auſus q̃ ſine toto exercitu poſſet perficere: in ꝑlio cap
tus eſt. Manfredus mortuo Corrado: teſtamentum eius ſup
preſſit: cõſciis quibuſq; ueneno ſublatis: populoſq; ad Cor
radini nepotis ſui fidem ſeruandã in Alamania agentis hor
tatus eſt. Et Innocencius pontifex clarus: qui multa ſcripſit:
in Italiam rediens: apud Peruſiũ cõſtitit. Prius tñ ſanctum
Hedimundũ Cantuarienſem canoniſauit: Lugduniq; ſtatuit
ut Cardinales in publicũ equitantes: rubente galero uteren
tur. Romã noluit intrare: cum Romani Senatoriã poteſta-
tem ſibi arrogatã moderari nollẽt. Beatum Petrũ Veronẽ
ſem ordinis prædicatorũ: inter Mediolanũ & Comum ab
hereticis interfectũ: inter martires chriſti retulit. In Aſiſio
uero ſanctum Staniſlaũ Cracouiẽſem epiſcopum: Xp̃i con
feſſorem ueneratu dignũ declarauit. Vocatus a ꝓceribus re
gni Siciliæ Neapolim petiit: muro inſtaurato munitiſſimã
ubi benigne exceptus: aliq̃diu immoratus eſt. Et dũ ſpera-
tur toto regno breui potiturus: illic obiit. Et Alexander q̃r
tus natione Campanus ſubſtitutus eſt. Interim Manfredus
accerſitis ſibi Saracenis Luceriæ manẽtibus: copias eccleſiæ
apud Foſiam incautas aggreſſus partim occidit: partim cœ
pit: Tutoremq; ſe Corradini agens: regnũ inuadere niteba
tur. Interea chriſtiani apud Pharannã caſtra tenenteſ: peſte
& fame laborare cœperũt. Parte Nili per quam cõmeatus
uehebantur: claſſe ab hoſtibus occupata: patriarcha Hiero
ſolimitanus cum multis nauigiis in eam delatus: captus eſt.
Et Ludouicus rex Frãciæ: cum Alphonſo Pictauenſi: & ka
rolo Andegauenſi comitibus fratribus ſuis germaniſ: terra
iter faciens ut Damiatã peteret: maximas incidit hoſtiũ co
pias: belloq; ſuperatus: cum omni exercitu interceptus eſt.
Sed Soldano poſt uictoriã a ſuis interfecto: alter qui ſub-

Robertus capitur.

Innocẽcius in Italiam.

Hedimũdi canoniſatõ

Cardiales rubeo capel
lo donantur.

Staniſlai canoniſatio.

Põt. Neapolim petiit

Innocencio Alexãder
quartus ſurrogat̃.

Eccleſiaſtici ſupantur.

Patriarcha capitur.

Xp̃iani capiuntur.
Soldanus obtruncat̃.

ſtitutus eſt: ut pacem firmã obtineř poſſet: recepta pecunia
et Damiata recuperata: chriſtianos oẽs liberos Ptoloma
idam perduci curauit. Rex Ludouicus remiſſis in Franciam
fratribus: tamdiu in Aſia moratus eſt: quoad Ceſarea Iop-
pes & Sydon: quæ nouiter a xp̃ianis receptæ erant: inſtau
ratæ præſidiis firmarentur: Sextoq; anno ſuæ peregrinatio
nis domũ rediit.

Ceſarea Ioppes & Sydon inſtaurantur.

Alexander pontifex interea: excõmunica
to Manfredo Ananiã ueniens: Octauianũ Vbaldina gente
Cardinalẽ Neapolim dimiſit: qui Tancredo reſiſteret. Mã
fredo autẽ ultra ea quæ de regno tenebat: Etruria: Lombar-
dia: & Tranſpadana uel ſubiecta erat: uel amica.

Gens Vbaldina.

Cum ob-
iiſſet Federicus: Florentini in libertatem ſe uendicauerant:
plebſq; nobilitate excluſa regebat. Sed cũ ſoli Gibellini no
biles adeſſent: placuit Guelfos ſub Federico eiectos reduce
re: qui Gibellinoꝝ conatibus reſiſterent.

Plebs Florentiæ regit.

Tumq; primũ an
no Milleſimoducenteſimoquinquageſimoſecũdo magiſtra
tus ex plebe creati ſunt Antiani appellati: qui mox partem
Guelfam per Etruriã extollere curauerunt.

Anno. Mcclii. magiſtratus ex plebe creant.

Agrum propte
rea Piſtorienſem uaſtauere: quia Guelfos ſub Federico eie
ctos noluerit Piſtorieñſis populus reducere. Eiecerãt & Flo
rentini ſuos Gibellinos nobiles: qui aduerſus Piſtorienſes
noluerant arma ferre. Illi ad Senenſes Piſanoſq; confugerũt

Gibellini eiiciuntur.

Mouerunt & arma contra Aretinos Florentini ex caſtello
Roudina: eo ꝙ Guelfos ſub Federico eiectos reducere nol-
lent. Dederuntq; operã uti Lucenſes: Miniatẽſes: Alcinates
& Vrbeuetani ſuos Gibellinos eiicerent. et Miniatenſes cõ
tra Piſanos: Alcinates cõtra Senenſes adiuuerunt.

Florẽtini in Aretinos.

Vbaldi
noſq; in agro Mugellano & caſtello Montaria domuerunt

Vbaldini domant.

Cunq; in Piſtorienſes denuo duxiſſent: accepto ꝙ Piſani a-
pud Montoporium Lucenſes ꝓfligaſſent: dimiſſo Piſtorio
Piſanos cũ præda recedentes Aderam fluuiũ conſecuti: ma
gno prælio eos attriuere. Multis enim illorũ ceſis: tria milia

Adera fluuius.

Guelfi in Piſtorium re ducuntur.

Volaterra capitur.
Gibellini in exiliū.

Piſani hoſtes mãſerūt

Aretiū Gibellini ſub lege recepti.

Fœdus cum Seneñ.

Piſani cōtra Lucenſes.

Piſani ſupantur a Flor

Mutronum.

Boniciū oppidum.

captiuorū Florentiā perduxere: Lucenſibus quæ amiſerant reſtitutis. Liberarūt & Alcinates ab oppreſſione Senenſiū Et tertio in Piſtoriū ducentes: Guelfos reduci obtinuerūt. & quæ uoluerunt fœdera belli paciſq́. In Senenſes quoq́ ꝓfecti: Alcinatibus perpetuā pacem obtinuere. Et fœdere percuſſo: ſuos exules Senis manentes excludi impetrarunt. Duxerunt deinde Volaterras. Cunq́ iuuentus urbis ad radices montis deſcēdiſſet: impetū faciens: Florentini cōmiſſo prælio hoſtes in fugam uerterūt: ſimulq́ cum eis portas ingreſſi: urbe potiti ſunt. Potentioribuſq́ Gibellinis in exiliū actis: Guelfiſq́ reductis qui exulabant: pacem populo dedere: qui prius Piſanos magis ꝙ Florētinos reſpicere uidebatur. Soli Piſani remanſerūt Florentinis hoſtes. Qui tam̄ paulopoſt petitam pacem iniquis cōditionibus impetrauerunt. Curauerūt etiam Florentini: ut Gibellini Aretio pellerentur. Sed cum id aliarum ciuitatū Gibellini ægreferrent: exemplumq́ timerent: reducti ſunt Aretiū Gibellini: ea lege: ut prætorem Florentinū acciperent: Aretini concordiā inter partes nutriturum. Cum Senēſibus uero ita fœdus innouatum eſt ut belli paciſq́ ſocietas eſſet: neq́ alter alteriuſ exules reciperet. Hæc poſt obitū Federici ad tempora uſq́ Mãfredi geſta ſunt: Qui clauſum Neapoli legatum apoſtolicum: Gibellinos in Etruria erigere curauit. Primiq́ Piſani ſpreto Florentinorum fœdere: cōtra Lucenſes duxere. Cūq́ uaſtato agro redirent: a Florentinis inuaſi ſunt: in Anſeris fluuii ripa: ibiq́ ſuperati: tria hominum milia perdidere: & eorum caſtella magna ex parte incenſa ſunt. Qua clade accepta pacem petiere. Mutronum enim in littore maris cum portorio uectigalibuſq́ Florētinis tradiderūt. Tūc quoq́ Bonicium oppidum quod nutare uideretur alicubi aperto muro immunitum Florentini reddiderunt. Aretini uero in

Cortonienſes tanq̃ Manfredo fauentes duxerunt: Captaq; urbe: & mœnibus alicubi diruptis: arcem ualidā in ſummo uertice ædificarunt. Florentini Hubertos gentem nobilem: cum multis Gibellinis nobilibus ac plebeis urbe eiecerunt: qui a Senenſibus recepti ſunt. Quos cum Florentini ex fœdere repelli peterent: reſponſum acceperūt Florentinos eſſe & qui ſeruari uelint: & qui expulſionem poſtulent: Senenſes uero cum Florentinis fœdera percuſſiſſe. Ob quam rem Florentini bellum Senenſi populo indixere. Senenſes legatos ad Mā̃fredum miſere: ut opem ferret. Inter quos fuit Farinata equeſtris ordinis gente Hubertus. Manfredus q̃ multis implicitus eſſet: & iam uulgata falſo Corradini morte: regem ſeſe adorari curaſſet: cohortem unam Germanorum equitum auxilio miſit. Florentini ad urbis uſq; mœnia Senenſis omnia populati: caſtra locauerunt. Facta eſt eruptio in Florentinos. Sed cum magna cædes a Germanis edita eſſet: poſtremo ipſi Germani ad unum omnes cæſi ſunt: & uexillum Manfredi captum: per ignominiam ſordidatum eſt. Reuocati in urbem Senēſes Extorreſq; Florentini: intra mœnia ſe continuere. Et Florentini re bene geſta: uaſtando urendoq; oīa: domum reuertere. Interim Manfredus Panorum rex declaratus: regiam pecuniam prædeceſſoꝝ conſecutus: magnas Saracenorum copias conduxit: cū quibus legatum apoſtolicū admodum oppreſſit. et Iordanem cum mille quingētis equitibus in Etruriā miſit. Qui Senenſibus tribus menſibus opera nauata in Apuliā ſe reciperet. Angebat Senenſes breuitas temporis Iordani aſſignata. Nec aliquid egregiū fieri poſſe uidebatur: niſi per prædā ac rapinam. Sed Prouincianus Saluanus ciuis Senenſis: gratia & nobilitate potens: ſuaſit eam uiā eſſe tenendā: ꝑ quā Florentini ad prælium allicerent̃. Id aūt fieri poſſe: ſi Alcinatibus

Aretini in Cortonieñ

Huberti eiiciuntur.

Fœdus allegatur.

Farinata Hubertus.

Manfredus auxiliū miſit Senenſibus.

Mā̃fredi cohors cedit̃ & uexillū ſordidat̃.

Mā̃fredus Panoꝝ rex declaratur.

Prouinciani aſtutia.

bellum indiceret: quos Florētini nullatenus deſerturi eſſent edicto bello. Cū Florentini Guelfis omnibus ex Etruria ad ſubueniendum Alcinatibus cōuocaſſent: uiros mercatores Prouincianus noctu Florentiā miſit: qui Antianis dicerent multos eſſe Senis pacis & ocii amatores: qui Prouincianū intentorem belli interficere cōiuraſſent: ſi modo occaſio daretur: per quā populus arma ſumeret. Suaſerūtq; prope Senas ducendum exercitū: litteraſq; et ſigilla oſtenderunt: quibus coniuratio ꝓbaretur. Conuenere ad diem dictā Lucenſis Minias Piſtorienſis & Aretinus: & cum Florentinis ad Arbiam fluuiū quarto miliario a Sena diſtātem caſtra poſuerunt: in quibus armatorū quadraginta milia fuiſſe tradūtur. Cōmiſſum eſt prælium atrox: cuius tandem Senēſes uictores fuere: ſextadecima die Septembris: anni. MCCLX. Tria milia Florentinoꝝ ceſa ſunt: & quatuor milia cū Carroccio uexilliſq; oībus capta. reliqui in ſuas urbes dilapſi ſunt. Florentini Guelfarum partiū ſectatores: pars Lucam: pars Bononiā migrauere. Florentia a paucis habitata mox capta eſt. Exules patente porta ingreſſi ſunt. Guido Nouellus comes pro Manfredo portarū cuſtodiam recepit. Et Iordanes præſidio præfectus: oīa ex arbitrio adminiſtrauit.

Guelfi uocantur.

Arbia fluuius.

Anno. MCCLX. tria milia Florētinoꝝ.

Florentia capitur.

Ex libro decimooctauo.

ACcelinus Tranſpadanarū urbium plene dominus: cum Tridētinos iugū excutientes: magna clade afflictos ad obedientiā redegiſſet: Guelfoſq; ſtudentes eccleſiæ Brixia expuliſſet: Mātuam obſidione arctiſſima cinxit: habens in caſtris præter Germanos equites et multarum urbium auxilia duodecim milia Paduanos: quos nō ſolum militū: ſed obſidū loco duxerat. Totidem Veronenſes Vicentiniq; & Brixiani miſerant. Nec pauciora de Cremonēſibus Placentiniſq; auxilia Obertus Palanicinus adduxerat. Sed Philippus ex nobili

Mantua obſidetur.

XII. milia Paduani.

Fontanenſiũ familia Ferrarienſi archiepiſcopus Rauẽne cre
atus: Venetias ꝓfectus: prædicata aduerſus Eccelinũ cruce
congregato exercitu in Paduã duxit: quam Anſedinus Ec
celini ex ſorore nepos prætor: cũ cohortibus cuſtodiebat:
Captis aliquibus oppidis poſtremo ſuburbiũ & ciuitatem
obtinuit. Anſedinus fuga ſaluatus eſt. Soluerat obſidionẽ
Mantuanam Eccelinus deſperata potiundi facultate: Vero
namq; petebat: cum perditæ Paduæ nuncium accepit: diſſi
mulatoq; dolore Veronam ingreſſus: inaudita crudelitate:
Paduanos omnes quos penes ſe habuit duodecim milia di
uerſis cruciatibus interfecit. Profectuſq; in Paduanos re in-
fecta inde receſſit: cum præſidium ineſſet eccleſiæ ualidum:
quod legatus apoſtolicus & Gregorius Montelongus pa
triarcha induxerat. Ille Veronam rediit. Interea Electores
in Alamania diſcordes: Alii Alphonſum Caſtellæ regem.
Alii Riccardũ Cornubiæ comitem: regis Angliæ fratrem:
Imperatorẽ deſignarũt. Theologi minoriſtæ a legato apo
ſtolico Brixiam miſſi: ita prædicando effecerunt: ut Guelfi
Extorres reducerentur: & ciuitas ipſa eccleſiæ ſequeretur.
Obertus uero Palanitinus Cremonæ & Placẽciæ obmiſſo
capitaneatus titulo: dominatũ accepit. Quẽ Gibellini Lom
bardi ut dominũ ſectati ſunt. Deſciuerũt tamen paulopoſt
Papienſes & Placentini libertatem prætendentes. Et Azo
Eſtenſis Montemſilicis & Calciomũ Paduani agri pro Ro
mana eccleſia recepit. Et Albericus frater Eccelini qui ſe ho
ſtem eius ſimulauerat: in Taruiſio dimiſſus: Paduanos in-
uadere cœpit. Eccelinus uero & Obertus magnas copias
habentes: Gibellinorum partes eleuabant. Brixienſes Gi-
bellinos eiecerunt. Et Obertus Cremam in poteſtatem ſu-
am recepit: cum pluribus Brixianorum oppidis. Ecceli-
nus uero Piſcheriam petens: exercitui Oberti ſe coniunge
re uoluit. Legatus autem apoſtolicus: copias Brixianas

Fontanenſiũ familia.
Crux prædicatur.
Anſediñ. fuga ſaluat́.
Paduanoꝝ interficiun tur. XII. milia.
Montelõgus pr̃iarcha
Diſcordia in eligendo Impatorem.
Obertus Cremone do minatũ accepit.
Eccelinus & Obertus gibellinoꝝ defenſores
Obertus Cremã capit

Gambara iuxta Olliū

ſecum ducenſ:ad Gambarā ſe recepit:iuxta Olliū fluuium
Quo in loco ab Eccelino & Oberto ex improuiſo inuaſus
& cōflictus eſt:ita ut paucifſimi fuga ſaluari potuerint. Ca

Legatus apoſt.capit̄.

ptus eſt archieps̄ Rauennas legatus cum ep̄o Brixiano: &
om̄ibus p̄cipuis Guelfarum ꝑtium ciuibus: quos Eccelinus

Eccelin.Brixia potit̄.

ad portā Brixienſem ducens:mox intromiſſus eſt: & urbe
potitus om̄ibus p̄ter naturam ſuā ueniā dedit. Obertus cū
parte prædæ & captiuis Mantuanis: Cremonā ſe contulit.

Anno.MCCLIX.

Acta ſunt hæc anno.MCCLIX.Mā̄fredus his cognitis:Ec
celinum ad uictoriā ꝓſequendam hortatus eſt. Pelanitinū
uero neglexit:quē Eccelinus ꝓſequi cœpiſſet:nōnullis ei de

Boſus Cremonenſis.

Brixiano oppidis ablatis.Erat Cremonæ Boſus Donarius
ciuis nobilis & induſtrius:ꝗ Eccelini rapacitatē odio hn̄s:
Pelanitino perſuaſit:ut in amiciciā cum Mediolanenſi Man
tuanoqꝫ rediret:i Eccelini ꝑniciem fœderibus acceptis:quæ

Martinus Turrianus.

Martinus Turrianus præpotēs in Mediolano ciuis:cupide
amplexus eſt.Gregorius Montelongus interea Paduā in ſi
de retinuerat:et copias undiqꝫ cōquiſitas Mantuā tranſmit
tendas collegerat:Azoniqꝫ ducendas cōmiſerat. Eccelinus
uero intelligēs capitaneos & ualuaſſores quos Federicus in
Mediolano cōſtituerat:Turriani potentiam habere ſuſpe-
ctam:ſibiqꝫ introitum polliceri: ſi cum exercitu appropin-

Eccelinus ad pontem Caſſiam.

quaſſet:relicta obſidiōe Vrciolū:cum quinqꝫ milibus equi
tum ad pontem Caſſiam peruenit.Cunqꝫ nullum ibi reperiſ
ſet:qui ſe uocaret Mediolanum:in Modoeciæ ſuburbia eſt

Marti.apud Soncinū.

delatuſ.Martinus Turrianus apud Soncinū exercitum ha
bebat Mediolanēſium:Azoni Eſtēſi: & Ludouico Bonifa
ciēſi:Cremonēſibuſqꝫ coniunctū: ꝗ certior factus de trāſitu
Eccelini & de proditione Valuaſſoꝝ: cū om̄ibus copiis ad
pontem Caſſianū ꝑuenit:copiaſqꝫ Mediolanū duxit.Eſtēſis

Eſtenſis Pelanicinus.

uero Pelanicinus & Bonifacienſis duces Eccelini ueſtigia ſe
cuti:ad pontē Caſſiani ſubſtiterūt.Eccelinus cū oppugnatā

Medoeciã capere nõ poſſet: Triciũ duxit: ſuburbiaq; ui capta incendit. Duxitq; Vicummercatũ nulli noxius: q annonam preberet. Sed cũ uideret ſe interclusum: aperiendũ iter ui cogitauit. Et ad pontem Caſſianũ pergens: ꝑlio cõgreſſus eſt. Vbi dum pugnanteſ urgeret: ſagitta in incertũ miſſa ad crus infimũ: ſaucius homo octogenarius laxari cepit. et tñ timore uires addente: obmiſſa pontis pugna: paulo ſupius amnẽ uado traiecit: cõmiſſoq; leui prælio captus: Soncinũ perductus interiit. Hicq; finis tyranno fuit: qui quatuor & triginta ãnis Tridentũ Feltrum Ciuitatũ Taruiſium Paduam Vincenciã Veronam et demũ Brixiam oppreſſas tenuit. Quæ urbes eo mortuo ſeſe in libertatem Romanæ eccleſiæ obnoxiã uendicarunt: Taruiſina excepta: quam Albricus frater obtinebat. Is cum ſe ciuibus odioſum cerneret: inſidiaſq; legati timeret: uxorẽ & liberos cum omni ſuppellectile ad ſancti zenonis caſtrũ munitiſſimũ miſit: ipſeq; ſubſecutus eſt. Quo in loco quatuor menſibus oppugnatus: tãdem a cõmilitonibus cum uxore & liberis in manus hoſtiũ traditus eſt: a quibus crudeliſſime excarnificatus eſt. Propterea quæ frater fecerat: nec uxori: nec liberis ſupplicia dimiſſa ſunt. Dum hæc aguntur: Ptolomaidi Tyruſq; urbes admodum ditatæ erant: & populorũ fræquentia adauctæ: utpote: apud quas Veneti: Genuenſes: et Piſani per annos iam quatuor & ſexaginta: quibus ſub chriſtianis fuerant: omneſq; orientis occidentiſq; contractauerant mercaturaſ. Qui tres de Italia populi ſeparatas areas ſeparatoſq; uicos habebant: & prætoria propria. Nec quicq̃m commune inter Venetos & Genuenſes erat apud Ptolomaidam: niſi eccleſia. Sed orta eſt diſſenſio propter monaſterium Sanctæ Sabæ: quod utraq; pars ſibi retinere quærebat. Pontifex Alexander utriq; iuſſit eſſe commune: datis utriq; litteris. Sed Genuenſis proueniens litteras Philippo Monteforti:

Medoecia. Triciũ.
Vicummercatũ.

Eccelinus ſagitta.
Finis tyranno.

Albricus frater Eccelini Taruiſinã tenebat.

Traditur hoſtibus.

Ptolomaida Tyrus opulentæ.

Diſſenſio Venetoꝝ et Genuenſium.

115

Monaſteriũ retinet ex cluſis Venetis.

Venetus Tyrũ.

Fœdus cũ rege Siciliæ

Gallico urbis præfecto oſtendit: & eius amicicia fretus: excluſo Veneto: monaſteriũ in arcem munitum retinuit. Quæ res duos potenteſ populos abalienauit. Nec curauit Philippus eoſ componere: ſed Venetos populariter Ptolomaida iuſſit abire. Venetus Tyrũ ſe conferens Piſanũ ad ſe tractũ ſpreto fœdere cõtra Genuenſem irritauit: & cũ Manfredo Siciliæ rege aduerſus Genuenſes fœdus iniit. Nec munitus eſt Philippus Montefortis: quãuis Placencia Cypri Regina: duxq; Antiocenſis: et templi Hieroſolimæ magiſter: ac Iohannes Ibelini comes reducendos Venetos ſuaderent. Ob quam rem Venetus Tyri agens: cum triremibus tredecim Ptolomaidã aduolauit: cathenam qua portus claudebãtur refrinxit. Naues Genuenſiũ tres ac uiginti et triremes duas exarmatas incendio abſumpſit: monaſteriũq; ſanctæ Sabe deſtruxit. Genuenſis & ipſe apud Tyrum duas ac uiginti triremes armauit: auctæq; Venetorũ claſſi ſæpe concurrit. Sed claſſis Veneta in pontum delata Meſembriã urbem de Saraceno expugnatã diripuit. Quibus rebus Genua renũciatis: triremes quadraginta & naues Ceteæ decem armatæ ſunt: Tyrumq; miſſe. Veneti quoq; ſuã claſſem auxere: ita ut pares uires eſſe uiderentur: niſi q Tyrũ uterq; cõmunem habebat: & quantũ muri extendebãtur par erat. Ptolomaida uero Genuenſis cũ ſuo Philippo excluſuſ erat. Quæ cũ accepiſſet Alexander: legatos utriuſq; populi et ſimul Piſanis ad ſe uocauit: pacẽq; inter eos propemodũ concluſerat Cum ad annũ Milleſimũducẽteſimum ſexageſimũ ex Aſia nunciũ allatum eſt: inter Tyrũ & Ptolomaidam: Piſanos ac Venetos Genuenſiũ claſſem cõflixiſſe: uigintiquinq; nauibus eorum uel captis uel ſubmerſis: Ptolomaidãq; uictores rediiſſe: uictos Tyrũ et in Ptolomaida oĩa Genuenſium ædificia demolita eſſe: bona eorũ direpta: & oĩs illius gẽtes expulſos. Põtifex ab oratoribus Venetis impetrauit

Venetus Ptolomaidã

Monaſteriũ. s. Sabe.

Veneta claſſis Meſembriam diripuit.

Naues Ceteæ.

Anno. MCCLX.

Genuenſes ſuperant.

ut capti in eo prælio Genuenſes dimitterētur. Per hoc tem pus Balduinus Impator Cōſtantinopolitanus in magnā ſu arum rerum deſperatōem adductus eſt. Nam cum obiiſſet Theodorus Vattari: Græcoꝝ (ut appellabant) Imperator duobus filiis ſupſtitibus: qbus pueris Michaelem Paleologum affinitate coniunctū teſtamento tutorem dedit: q mul ta in Latinos aggreſſus eſt. Primoq; Guilelmo Francigenæ Achaiā et proximas Græciæ regiones obtinenti: ꝑlio con greſſus: eum ſupauit: captiuūq; Andrianopolim ꝑduxit: et Verſam in Pontū regionem ut reciperet miſit exercitū. Bal duinus uero copias q̄s habuit nauibus impoſuit: ad ipſius Ponticæ oræ defenſionē. Interim Cōſtantinopolitani ciues uetuſta origine Græci cōiuratione inita: refracta porta no cte cōcubia Paleologū amiſerunt. Balduinus uero Impr & Panthaleo: Iuſtinianus pr̄iarcha repente cū ſuis oībus ca pta ſuppellectile: ad Euripiū profugerūt. Paleologus urbe potitus: ad Imperiū aſpirans: pueros fidei ſuæ cōmiſſos in terfecit: imperiūq; aſſumpſit: finiſq; fuit Latinorum Imperii apud Cōſtantinopolim: p annos quinquaginta & octo cō tinuati. Interea Octauianus Cardinalis Vbaldinus re Nea politana parū fœliciter adminiſtrata: ad Alexandrū rediit Qui cū Ananiæ Clarā uirginem Anno pontificatus ſui ter tio: in ſanctarū collegio retuliſſet: Viterbium ſe contulerat Inter Venetos et Genuenſes pacem tractaturus. Vbi anno MCCLXI. diem obiit. Cui ſuffectus eſt Vrbanus quartus: ex Trecenſi Gallica urbe oriūdus. Quo ſedente Gibellini qui Florenciam intrauerāt Guelforumq; bona diripuerāt: ad Manfredum legatos: uiuo Alexādro miſere orantes: ut Iordanem diutius apud ſe dimitteret. Guelfi Arhetini ex clade Arbienſi domum reuerſi: Gibellinos eiecerunt: Mini atenſium Piſtorieſiumq; ſecuti exemplum. Manfredus pro paruo tempore Iordanem cōceſſit anxius pro paramentis:

Genuenſes liberantur

Verſa.

Bal. ad Euripiū ꝓfugit

Finis Imperii Latinorū apud Cōſtātinopolim

Clara uirgo canoniſat᷑

Alexandro Vrbanus iiii. ſurrogat᷑. Mcclxi.

quæ urbanus aduerſus ſe faciebat: milites ex Gallia conuocans: qui cruce ſignati in Siciliam ꝓficiſcerentur. Cōuenientes igitur apud Emgoriū oppidum Guelfi Etruſci: de re ſua cōſuluerunt. Vbi cum Piſani Senenſeſq́ facile in eā ſentēciam deueniſſent: ut nihil ſalua urbe Florētina decerni ꝓuiderique poſſet: quod Gibellinis ſolidū eſſet. Aſſurgens Vbertus Farinata toto aſpectu cōmotior: Florētiam inquit urbē quam ipſe non ædificaui me uiuo dirui nō patiar. atq́ ex cōſilio ſe proripuit: quod mox diſſolutū eſt. Receſſurus deinde Iordanis ciuitatibus Gibellinis ſuaſit: ut Guidoni nouello mille equites attribuerent: atq́ ita factū eſt. Nouellus cōtractis copiis: in Lucenſes duxit: apud quos exules Florentini frequentiores erant: pluraq́ de Lucenſibus caſtella expugnauit. Cū interim Florentini exuleſ Signiam furto occupauerunt: ex quo loco Florētinus et Piſanus ager maxime poterat infeſtari. Duxit igit̃ in eos Nouelluſ: ſed illi nocte excesserunt: audaceſq́ facti: cū Lucenſibus coniuncti: nouello congredi præſumpſerunt: a quo multa cede cōfecti ſunt: & ager eoꝝ receptuſ. Aretini uero Guelfi a Senenſibus ſuiſq́ exulibus Gibellinis agitati: cū Nouellum in ſe ducturū accepiſſent: ſponte patria migrauerūt. & Gibellini urbe recuperata: Manfredo paruerūt. Idem fecere Piſtorienſeſ. Guelfis eiectis: Lucenſes quoq́ Nouello clamdeſtine recōciliati: exulātes apud ſe Florentinos cū liberis & uxoribus & unico ꝓ quolibet indumento repulerūt: qui om̄es Bononiam petiuere. atq́ ita om̄is Etruria Manfredū ſecuta eſt. Ad q̄rtum Vrbani annū hæc geſta ſunt. Interea apud Lombardiā Vbertus Pelanicinus ſuadens Brixianis ne Guelfos reducerent: ac ea de re copias urbi admouens ueluti cōſeruaturus clam: Guelfos ſibi cōciliauit: & ab utraq́ parte adminiſtrator urbis factus: dominiū uſurpauit. Erat adhuc in carcere Rauennas archiep̄s: nec litteris papæ liberatiōem obtinere

Conſilium de delenda Florentia.

Guido Nouellus dux Gibellinorum.

Signia capitur.

Guelfi per Etruriam pelluntur.

Etruria Manfredum ſequitur.

Archiep̄s Rauennas.

poterat. Sed corruptis pecunia cuſtodibus fugiens Mantu
am uenit. Quæ urbs cum Verona Vincencia & Padua pa
cem tenebat. Ludouicū ſancti Bonifacii comitem ciuem ſuū
non ut dn̄m: ſed tanq̄ publicoꝝ directorem executoremq;
cōſilii uenerabatur. Mantua igitur ab archiep̄o tutior reddi
ta eſt. Et Gregorius Mōtelongus Paduam Vincenciā Tar
uiſium Feltrum et Cenedā tutabatur. Pelanitinus uero præ
ter Brixiam Cremonāq; ſubditas Placenciā Parmam Papi
am Mediolanūq; ſuis partibus infecerat. Mutinenſes Regi-
niq; Ferrarienſiū & Bononienſium conſilio uſi: partes eccle — Partes eccleſiæ.
ſiæ tenebant: Gibellinoſq; eiecerant: Florentinoꝝ exulū au-
xilio: quibus Gibellinoꝝ opes tradidere. qui inde ditati: ar
ma & equos parantes: in magnā cohortē creuerunt. Apud
Conſtantinopolim uero Veneti Paleologū armis deturbaſ
ſent: niſi Genuenſes illi cōfœderati opem tuliſſent: qui mag
nam claſſem armauerant. Guilelmus ille Gallicus Achaiæ — Guilelmus Achaiæ et
& Bithyniæ princeps: quē Paleologus tutor cœperat: præ — Bithyniæ princeps.
lio ſuperatum: caſtrum Maluaſiæ munitiſſimum obtinebat.
Quod cū Paleologo p̄miſiſſet: carcere liberatus eſt. Iſq; Ve
netis fœderatus: bellū acre contra Paleologū gerebat. & in
Ptolomaida Veneti potiores erant: In Tyro Genuenſes.
Manfredus aūt nutantem Marchiam Anconitanā ad ſe tra
xit: & nouas Saracenoꝝ copias: mercede cōduxit. Cū pon
tifex miſſo Cardinali cruceſignatos ex Gallia conuocaſſet:
Guidonem ep̄m Antiſiodorenſem: Robertū comitis Fran — Ep̄s Antiſiodoreñ.
denſis filiū: & Riccardū comitem Vindonēſem. Qui ſupe
ratis alpibus: per Lombardiā & Brixianos iter fecere: ubi
Pelanitini exercitum cōflixere. Et deinde p Mantuā Bono-
niamq; ac Romādiolam Peruſiū petiuere. Vocatiq; Viter
bium ad pontificem: benedictōe ab eo accepta: p Sabinos
Marſoſq; in Campaniā delati: Saracenos facile ultra Lyrim — Saraceni pelluntur.
pepulerūt. Romani p id tempus q̄uis eccleſiæ oppida non

Romani papā r̄cuſant
Primus Sen̄. externus

moleſtarent. Papam tamē dn̄m accipere recuſabant: omiſe
runtꝗ tunc Senatorē ex ſeip̄is creare: et externum primum
aſſumpſere: Branchaleonē Bononienſem uirū magnanimū
quem poſtea in carcerem cōiecerunt: et cū ciues aliqui a Bo
nonienſibus capti eſſent: eum liberatū iterum Senatoria di-
gnitate donarūt. Tuncꝗ primū nouos magiſtratus ex om

Bandereſioꝝ initium.

ni regione delegerunt: quos Bandereſios uocauere. Ponti-
fex aūt ut rebus ſuis ſolidius conſuleret: remiſſis cruceſigna
tis: Ludouico Franciæ regi perſuaſit ut karolū prouinciæ et
Andegauiæ comitem: cōſobrinum ac generū ſuum: in Itali
am mitteret regno Siciliæ potiturū. Quæ res dum paranſ

Thomas de Aquino
Bonauentura minoꝝ.

morte pontificis dilatæ ſunt. Florebant hoc tempore Tho
mas Aquinas prædicatorū: & Bonauentura minorū: pro-
feſſores. Thomas cū rex Corradus Aquinū deſtrueret: pu
er a parentibus nobilibus: patria profugis Caſſinenſis ceno
bii monachis cōmendatus fuerat: ibiꝗ primū literis operā

Alexādro Clemēs q̄r-
tus ſufficitur.

dedit. Alexandro quarto ſuffectus eſt Clemens quartus: q
Guido Fulcodii prius appellatus erat. Is iureconſultus toti
us Galliæ primarius fuit: & aduocatus cauſarū in curia re-

Vxorē & liberos.

gia. liberos & uxorē habuit. Qua defuncta Podiēſem epa
tum: ac deinde Narbonenſem eccleſiā obtinuerat: Cardina-
liſꝗ creatus: ad cōponendas inter Henricū Angliæ regem
& Symonem Montiſfortis comitē lites tranſierat. Qui pō
tificatum adeptus (ut quidā tradunt) mendicantis religioſi
cuiuſdā habitu prius Peruſiū applicuit: q̄ de aduentu eius
cognitio haberetur. Cardinales ad eum ꝓfecti: ip̄m Viter
bium deduxerē. Et paulopoſt karolus Maſſilia ſoluēs: cum

karolus Romā uenit.

triginta triremibus in Tyberim delatus: Romā uenit. Vbi
expectans exercitū decreto pontificis Senatorem geſſit. Et
p Cardinales a papa miſſos: in Lateranenſi eccleſia: Hieruſa

karolus rex Siciliæ de
claratur cū ceuſu ānuo

lem & Siciliæ rex declaratus: cum Beatrice regina corona-
tus eſt. karolus uero iuramento adactuſ: quadraginta milia

annuos aureos Romanæ eccleſiæ ſpoſpondit: ꝓmiſitq́ Romanum Imperiū etiam ultro oblatū nō acceptare. Alphonſus rex Caſtellæ Imperium armis & largitione annitebatur accipere. Cornubiæ comitem regis Angliæ fratrem Electores Germani contemnebant. Itaq́ facile potuiſſet ſors Imperii ad karolum deferri. Et Alphonſus in Italiā duxiſſet: niſi eum diſtinuiſſet Henrici & Federici fratrū ſuſpitio motuum: quos regno pepulerat. Hēricus in Gallias: Federicus in Aphricā acceſſerant: ut Saracenos hic: Gallos ille ad Caſtellæ regni incommoda cōcitaret. Et erat Hēricus pecuniis ditiſſimus: Hyſpania aſportatis. Interim karoli copiæ ſuperatis alpibus in Lombardiam deſcendere: & adiunctis ſibi Guelfis qui per Romandiolā militabant: Romam uenere: cum quibus karolus Māfredi præſidia Ceperano impoſita repulit. Et oppido potitus: Caſſinenſem ſaltum occupauit. quem Manfredus per ſeipſum cuſtodiendū acceperat. Sed mutato conſilio: Beneuentū ſe contulit: planiſ in campis hoſtiles copias expectaturus. Ad quem locū cum karolus aduentaſſet: duriſſimū prælium cōmiſſum eſt. Primuſq́ karolus cum laboranti ſuorum turmæ ſubueniret: proſtratus: occubuiſſe creditus eſt. Quæ uox ubiq́ audita: Manfredū impulit: ut extra ordines audentius pugnans: ipē karolo iam comparente fuerit interfectus. Cecidere in ea pugna multi: & meliores de utroq́ exercitu. Iordanes cuius ſupra meminimus: et Petrus Vbertus capti fuere. Karolus uictoria potitus: Beneuentū ingreſſus eſt. progreſſuſq́: Luceriam oppugnare cœpit: In qua ſe noui ueteresq́ receperant Saraceni. Magiſtrumq́ militiæ Mareſcallum uocāt: quem cum quingentis equitibus in Etruriā miſit: qui Guelfos extorres reduceret. Senas Piſaſq́ laceſſeret. Ad cuius aduentus famā Gibellini oēs e Florentia populariter Piſas demigrarunt. Quidam hoc factū dicūt in aduentu Mareſcalli: cū quo ingreſſi

Henricus ditiſſimus.

Ceperanū ka. occupat

Præliū apud Bñuentū

Manfredus occidit.

karoli uictoria.

Magr̄ militiæ mareſcallus dicitur.

Gibellini Piſas.

Guelſi Florentiam omĩa diripuere: quæ Gibellinorum fue-
rant. Pro quorũ bonis inter ſe partiẽdis uſq; ad arma certa
tum eſt. Mareſcallus ſeditionem ſuſtulit. Interea cũ reſciſſet
Clemens Corradinũ adoleſcentem Corrado Sueuo genitũ:
magnas in Germania copias in Italiã traducendas paraſſe(
quod alias Leo tertius magnum Karolum primũ Imperato

Clemens ponti. curam Imperii aſſumpſit.

rem creatum facere auſus fuerat) uacãtis Imperii curã aſſum
pſit. Et karolum Siciliæ regem: ſuũ in Etruria uicarium inſti
tuit. Florẽtini per hoc tempus ſuadente Mareſcallo duode
cim ciues elegere: cum poteſtate maxima ſine ꝓuocatione:
qui capitanei partis Guelfæ uocati ſunt: & uſq; in hunc di
em durant. Mareſcallus deſtinatã in Senenſes expeditiõem
proſecutus: omnem agrũ Senenſem populatus eſt. Sed Pi-

Guelſi & Gibellini apud Bonicium.

ſani cum Gibellinis Florentia Extorribus: exercitum apud
Bonicium cõgregauere. Quod oppidũ inter Senas Floren
tiamq; medium: Gibellinis erat amiciſſimũ. Veritus Mare-
ſcallus ne in agro Senenſi concluderetur: eo copias duxit:

Vires totius Etruriæ.

ibiq; totius Etruriæ aggregatæ ſũt uires: Guelſis oppugnã-
tibus: Gibellinis defendentibus. Karolus utroq; Siciliæ reg
no in poteſtatem accepto: excepta Luceria: audiens Corra-
dum Italiã petere: data Saracenis pace: ꝑmiſſoſq; ut grauio
re tributo imperato: ſuis moribus uiuerent: Viterbiũ ſe con
tulit. Interea Henricus quem diximus a rege Caſtellæ repul
ſum in Franciã deueniſſe: cum nihil opis a Ludouico impe-
traſſet: & in Angliam ꝓfectus: fruſtra Cornubiæ comitem
aduerſus fratrem armare conatus eſſet: ad Corradinũ uenit
cum quo rebus cõpoſitis e Genua Piſas petiit: Ibiq; machi

Henricuſ pecunias mutuo dedit pontifici.

natione ordinata: Viterbium uenit. Põtificiq; pecuniis mu
tuo datis: gratioſum ſe exhibuit. et uiſitata Roma ciuibuſq;
nõnullis auro corruptiſ: Viterbium eo tempore rediit: quo
Karolus eo applicuerat: a quo pontifici plurimũ commen-

Hẽricus Senator urbiſ

datus: Senator urbis cõſtitutus eſt. Et Karolus in caſtra Bo

niciana ſe contulit. Sed cū oppidū ægregie defenſum ac na tura munitum ui expugnare nō poſſet: fame domare conſti tuit. Interim Henricus machinatiōibus Romæ paratis: Cor radinum properare admonet. Et Piſana claſſis in portu Ro mano Capiciū quendam Neapolitanū in regno Sicilie gra tioſum accepit. Qui iuſſu Hērici in Aphricæ littora uectus Federicū alterum regis Caſtellæ germanū: cum magna Sa- racenoꝝ manu nauibus impoſuit: et ad Siciliæ littora reuer ſus (Corradinū breui affuturū affirmans) plurima loca obti nuit. Corradinus aūt Veronā applicuerat: ibiqꝫ tribus men ſibus deſederat: a quo Tyroli comes cū pluribus ſtroceſſit Et Karolus Bonicio per deditionem oppidanoꝝ accepto: in Piſanos ducens: Mutronū oppidum eis abſtulit: deditqꝫ Lucenſibus. Federicus Hyſpanus omni pene Sicilia Panor mo Siracuſis & Meſſana exceptis: pro Corradino potitus erat. Et Saraceni rupto fœdere: uicina loca infeſtabāt. Capi cius uero dum regina Neapoli ſepelit᷑: uxor Karoli: in por tu Neapolitano claſſe aduectus: nomē Corradini inclamat Quæ res Karolū ex Etruria ad regnū deuocauit: ubi rurſus Luceriā obſedit. Quam cū expugnare non poſſet: caſtellis in exitu uiarū excitatis: Barbarā gentem cōcluſit: ne ſe Cor radino occurrentē impedire poſſet. Senenſes ac Piſani Cor radinum accelerare iuſſerūt. Qui Papiā perductus: per Car rettenſium oppida ad mare Liguſticum peruenit. Et Piſana claſſe perductus: magnā in agro Lucenſi uaſtitatem edidit. Mareſcallumqꝫ apud Aretiū magno prælio ſuperatū inter fecit. Guido Feretranus magnas copias ad eū duxit. Et mul ti ex Lombardia Romandiolaqꝫ Gibelliui ad eum cōfluxe rant. Potitus breui om̄i Etruria fuiſſet: niſi uocatus ab Hēri co properaſſet. Profectus Senas in agrum Viterbienſiū de ſcendit. Quem cū pontifex tranſeuntē uidiſſet: prophetica uoce uſus: adoleſcentē dixit tanꝙ uictimā ad cedē deduci.

Bonicii obſidio.

Boniciū capitur.

Mutronū oppidum.

Karolus in regnum.

Mareſcallus occidit᷑.

Pōtificiſ prophetia de Corradino.

119

Pons Miluius.

Romā cum peteret ad pōtem Miluiū: Senatorem cū popu lo obuiū habuit. Et tanq̄ Imperator exceptus: in Capitoliū ductus eſt. Vbi dimiſſo Guidone Feretrano: cū omni exer citu: in Regiū properauit. Et audiens Karolū ſaltus Campa niæ obtinere: ex Tyburtino: in olim equi colorū: nunc Ta gliacozi montes: et inde Marſoꝝ campeſtria peruenit: dex terā lacu Fucino ad ueteres aqueductus: aqua olim Marcia Romā perducenda excitatos. Siniſtrā montibus claudenti bus: ab oppido Alba decē ſtadiis cōſedit. Karolus ex alte ra pte decimo inde ſtadio: ad Cōcauellis fauces exercitū du xit. Et cōſilio Alardi Neapolitani: qui cum Germanis diu militauerat: partem exercitus præmiſit cū Mareſcallo regia ueſte induto. Ipſe citra collem ſago ueſtitus militari: fortiſſi mo quoq; ſibi reſeruato: in inſidiis manſit. Pugnatū eſt tri bus horis dubio marte. Poſtremo interfecto Mareſcallo tā q̄m rex occidiſſet Gallici fugā cœpere. Germani ad diripi enda ſpolia ſine ordine dilapſi ſunt. In quos irruēs Karolus magnā ſtragem edens: uictoria potitus eſt. Henricus Sena tor Reate incolumis puenit. Sed ibi captuſ ad Karolūq; de ductus in carcere obiit. Corradinus & Auſtriæ dux: Aga ſonis cuculione cōtecti per deuia latitarūt. Et octaua demū die apud Auſturā cum piſcatorē quendā oraſſent: ut ſe ad littora Senenſiū deduceret annulūq; pignori obligaſſent: et ille Seniores cōſuluiſſet cogniti ſunt: captiq; ad Karolū per ducti: et deinde ſecuri percuſſi. Bellū hoc anno. Mcclxviii. geſtū eſt. Qua uictoria potitus Karolus: regnū totum recu perauit. Et Romā reuerſus: Senatoriū munus adminiſtrauit Miſſoq; Mareſcallo Senenſes ſibi ſubegit. Et inter Florenti nos ipſoſq; Senēſes æquis fœderibus pacem cōſtituit. Inte rim Clemens obiit. Et Cardinales in electione diſcordes: di utius ſedē uacare permiſerūt. Interea Ludouicus Frāciæ rex nihil territus eoꝝ laboꝝ memoria: quos in Egipto ptulerat

Marſoꝝ campeſtria.

Alba oppidum.

Sago militari.

Karoli uictoria.

Corradinus & auſtriæ dux. āno. Mcclxviii.

Ka. Senenſes ſubegit.

Clemens obiit.

Sedis uacatio.

aliam expeditõem aduerſus Saracenos in Aphrica moran tes inſtituit. Karolum generũ hortatus eſt: ut & ipſe concur reret. Qui ꝓfectus in Tuſciam Bonicienſes nouos motus parantes cõpeſcuit: eoſq̃ Florẽtinis uendidit. Qui oppido deſtructo: nouũ in pede montis cõſtruxerunt: longe priori minus. Piſanis autẽ inuitis Florentinis pacem dedit: ut eorũ claſſe in Aphricã uti poſſet. Senenſes dũ Colle oppidũ ad Elſe uallis ſupræmũ caput obſident: a Florentinis incommo dum acceperũt. Ludouicũ aũt regem Maſſilia ſoluentẽ: tres filii adoleſcentes: rex quoq̃ Nauarræ Theobaldus: & co mes Campaniæ cũ legato apoſtolico ſecuti ſunt. Qui deſcẽ ſione in Tuniſii portu ui fracta: ciuitatem obſiderunt: cre braſq̃ uſq̃ ad Ioppone excurſiones fecerũt. Sed orta in ca ſtris peſtilentia: primuſ inter principes Iohãnes Ludouici re gis filius Niuernenſis comes interiit. & paulopoſt legatus Cardinalis: & circa finem Auguſti Ludouicus ipſe rex. Cui Philippus filius eſt ſuffectus. Interea Karolus cõpoſitis re bus Etruſciſ: eiſq̃ præpoſito Ruffo Anguillariæ comite: in caſtra ad Tuniſium peruenit: eoq̃ cõſulente pax Barbaris data eſt: ea lege: ut captiuis utrinq̃ liberatis: rex gẽtis Karo lo tributũ penderet: liberamq̃ per Aphricã xpi prædicati onem ꝑmitteret. Reductis in Siciliã copiis: rex Nauarre et Campaniæ comes apud Drepanũ interiere. Ob quam rem Philippus & Karolus ad Centũcellenſem portũ nauigãteſ: inde Viterbiũ petiere. Cardinaleſq̃ adhuc cõtendentes ad electionem maturandã hortati ſunt. Qui Theobaldũ Pla centinum Leodienſem archidiaconũ: in Aſia tunc agentem elegerũt. Nam quo tẽpe Ludouicus in Aphricam nauigauit Herdardus Henrici regis Angliæ filius: ex Anglia cum in genti claſſe in Aſiã nauigauit: expectaturus: ut Ludouicus uictorem exercitũ eo tranſportaret. Qui dum Ptolomaide moratˀ: ab Arſicida quẽ ſibi familiarem fecerat in cubiculo

Expeditio in ſaracẽos

Bonicienſes uendunť.

Colle oppidũ.

Portus Tuniſii.

Niuernenſis comes.

Anguillariæ comes.

Pax cum Barbaris.

Electio Ro. pontificis

Herdardus regis Angliæ filius.

ſolus tribus uulneribus appetitus eſt: Fuiſſetq; interfectus:
niſi iuuenis manu ualida ſiccarii dexterã tamdiu ab ictu cõ
tinuiſſet: quouſq; accurrẽtes (ſtrepitu exaudito) famuli: Ar

Arſacida.

ſacidam fede laceratũ cubiculo extraxerunt. Conualuit tam̃
Herdardus: & Theobaldũ apud ſe manentem ad pontifi-
catus obeunda munera uenturũ: dato nauigio & additis in
ſocietatẽ prælatis abunde iniuit. Per quod tp̃s Henricuſ ad
oleſcens: Riccardi regis Cornubiæ olim comitis tunc defun

Filius Cornubiæ comitis Viterbii necatur.

cti filius: ad pontificẽ iam defunctum ꝓfectus: Viterbii cũ
ageret: eccleſiãq; cathedralem inuiſeret: Guidoq; montefor
tis adoleſcens: cum Philippo Francoꝝ rege eodẽ pergeret:
ad rem diuinã audiendã: ignarus ꝙ Anglicus ibi eſſet. Vbi
eum uidit: interrogans quiſnam eſſet? Et Riccardi filiũ eſſe
intelligens: a quo Symon pater in Anglia per dolũ fuerat
interfectus: nulli loci tentus reuerentia: incautũ aggreſſus: in
terfecit. & ad Ruphum Etruriæ præfectũ incolumis euaſit.
Philippus in Franciam abiit: & Karolus in Apuliam. Qui

Pax Saracenis dat᷑

cõtinuata obſidione Luceriæ: cũ expugnare non poſſet: pa-
cem Saracenis dedit: maiori impoſito tributo: & trãſfugis
ſibi traditis: Theobaldumq; Manfredonia appulſum uſq;
Ceperanũ deduxit. Qui exinde per Marſos et Sabinos Vi

Gregor. X. coronat᷑.

terbium petiit. Vbi a Cardinalibus coronatus: Gregorius
decimus appellatus eſt. Cõtinuauerat interim bellum inter
Genuẽſes & Venetoſ: multiſq; inter ſe cladibus duo popu
li decertabãt. Et Paleologus ſpreta Genuenſium ſocietate:

Tumultus Venetiiſ.

inducias quinquennales cum Venetis fecit. Et Venetiis tu-
multu exorto: Raynerius dux ictu lapidis uulneratus eſt et
aliquot ædes nobiliũ direptæ. Sed intẽtores mox penaſ de

Fames Venetiis.

dere: laqueo ſuſpenſi. Fuitq; fames Venetiis. rogatiq; Tar
uiſini Patauini & Ferrarienſes: ut annona iuuarent: cũ nullo

Noua uectigalia.

pacto impetrare poſſent: noua in Adriatico mari uectiga-
lia ſunt impoſita: ut intra Polã ac Venetias merces et onera

Venetiis deponerentur: quæcunq; mari afferrentur: ordina
tis cuſtodibus: nequid cõtra legem tranſiret. Philippus aũt
rex Franciam repetẽs: Cremonæ ſubſtitit. Vocatiſq; Vene
tis & Genuenſibus: pacem inter eos in quinquenniũ conſti
tuit: anno Milleſimoducenteſimoſeptuageſimoprimo. Bo

Anno. MCCLXXI.

nonienſes uero qui magnam Romandiolæ partem obtine
bant: ægreferẽtes mari legem impoſitã: triennio fere cũ Ve
netis uaria fortuna decertarũt: Ita ut quadraginta milia pu
gnatorum aliquando in caſtris haberent. Sed ſuperati de

Bononienſes ſupantur

mum Bononiẽſes ea lege pacem acceperũt: ut diruto caſtel
lo quod in hoſtio prima Riopadi cõſtruxerant: quarundã
rerum liberam eductionem haberent: hoſtiorũ Padi cuſto
dia Veneto dimiſſa. Anconitani uero quærelã de lege Ve

Quærela de lege.

neta apud pontificem detulerũt. Qui iubens Venetis ut le
gem tollerent: minime exauditus eſt: dicentibus papã non
eſſe bene informatum. Procedens deinde pontifex cum Re
ge Siciliæ Florẽtiam peruenit. Admiratuſq; pulcritudinem
urbis: Gibellinos reduci curauit. Et tandem Lugdunum ad

Conciliũ Lugduni.

generale concilium ſe cõtulit. Ad quod profectus Paleolo
gus Imperator: tertiadecima uice cum Romana eccleſia uni
onem fecit. Et quidam proceres Tartari eum ſecuti: ſacrum

Vnio tertiadecia inter Latinos & Græcos.

baptiſma receperunt. Rudulphus quoq; Aſſani comes: ab
Electoribus Germanis electus in Imperatorem: illic ueni

Comes Aſſani.

ens: ea conditione approbatus: ut anno ſequenti Romã pe
teret pro corona. Florentini interea Gibellinos tot contu
meliis affecere: ut ſua ſponte migrauerint: & obſides acce
ptos: attritiori cuſtodia Guelfi clauſerunt. Propter quam
rem ſacris a Pontifice interdicti ſunt. Piſani quoq; Gallu
ram cauſidicum cum ſectatoribus expulerunt. Qui paulo
poſt morte ſubtractus eſt. Et deinde Vgolinus comes cum

Vgolinus Piſa pellit.

amicis Piſa eiectus: ad Florentinos Lucenſeſq; confugit.
Quorum auxilio multa patriæ damna intulit. Bononiẽſes

Hencius rex Sardineæ in carcere obiit.

etiā Lambertazios Aſinelloſqꝫ cū quatuordecim aliis famili
is Gibellinis urbe pepulerūt. Quo tp̄e apud eos ſenio cōfe
ctus Hencius rex Sardineæ: Henrici ſecūdi filiuſ: in carcere
obiit. Exules uero a Forliuiēſibus benigne excepti ſunt cū li
beris & uxoribus. Quæ ciuitas & Ariminū ſimul: ſolæ ex
Romandiolis Bononiēſes odio hēbant. Bononiēſes ducto
in Foroliuiēſes exercitu: eruptione ab illis facta: octo milia
amiſerūt: quoꝝ ps maior trucidata eſt. Tuncqꝫ Bononien-

Bononieñ Romādiolæ dñium pdiderunt.

ſes dñium Romandiole ꝑdiderunt. primaqꝫ omniū Ceruia
maximū Bononiēſi uectigal ex ſale ſolita p̄bere Venetis ſe
ꝑmiſit. Acta eſt in cōcilio Anconitanoꝝ cauſa. Qui cū nō
ſatis ꝓbaſſent: apud abbatē Heruoſiæ cōmiſſarium quæ ꝓ
poſuerant: ſuccubuere: & Venetis ſua lex ꝑmiſſa eſt. Rede
untem ex cōcilio Gregoriū: Alphonſus rex Caſtellæ apud
Bellocadoꝝ cōuenit: cōqueſtus de Impio Radulpho tradi
to. Sed a pōtifice placatus: ius ſuū Rudulpho ceſſit. Trāſi-

Gregorius morit̃.

ens iuxta mœnia Florētiæ pōtifex: rogatus interdictūtolle
re: renuit: & apud Aretiū diē obiit: cuius corpus clarere mi
raculis affirmat̃. Succeſſit ei Petrus Tarātaſienſis: ꝗ in bea

Innocēcius ſurrogatur Anno MCCLXXV.

ti Petri baſilica cōſecratus: Innocēcius ꝗntus appellatus eſt
Quo tp̄e anno. MCCLXXV. rurſus inter Venetos et Ianu
enſes bellū reintegratū eſt. Et Florētini ab excōicatiōe abſo

Innocencio: Adrianus quintus ſurrogatus.

luti ſunt. Mortuoqꝫ Innocēcio: Adrianuſ. V. ſuffectus ē: ex
Fiſchea gēte Genuēſis: ꝗ mox Viterbiū acceſſit: ut potentiā
Karoli qui tunc Romæ erat: cōminueret. Vocauitqꝫ Rodul
phum Impatorem. Sed ille Boemico implicitus bello ueni
re non potuit. Karolus ꝗ dñium aliquod in Achaia hēbat:
ad Impium Græcū aſpirans: Paleologū agitare bello ſtatu
erat. Adriano uero ad quadrageſimū pōtificatus ſui diem

Adrianus morit̃. Io. XXI. ſurrogatur.

defuncto: Petrus Portugalenſis ſubſtitutus eſt: Iohānes ui-
geſimuſprimus appellatus. Qui Michaelem Paleologū ad
monuit: niſi ꝓmiſſam ſeruaret unionē: Karolo regi Imperiū

datū iri. Veneti uero Anconitanos quia legē ſuam nō curātes in Sclauoniā mercimonia uexiſſent: bello agitauerūt: urbemq; oppugnare conati cladem acceperūt. Et pontifex Iohannes ad octauū menſem Viterbii mortuus eſt. Cardinales Romā reuerſi: dum in cōclaui agunt: inſtante Karolo: q cuſtodiam tanq̄ Senator habebat: ut Gallicus eligeret̄ ſex menſibus electio protracta: et tandē Gaietanus electus eſt Nicolaus tertius appellatus: gente Vrſina oriūdus. Qui ut potentiā Karoli cōminueret: uicariatum ei auferēs Etruriæ: quæſito colore q̄ Rodulphus promiſſum auxiliū terræ ſanctæ alioquin præſtare nollet: & a Rodulpho nihilominus Romandiolā & Rauennatem exarchatus: ipamq; Bononiam obtinuit. Quæ tunc ciuitates modico tributo ſub Imperatore libere degebant. Poſtq̄ Bononienſium potentia fuerat imminuta: ad eaſq; ciuitates Nicolaus Bertholdū nepotem miſit: Romandiolæ comitem declaratū: & alterū nepotem Latinū Cardinalem in Etruriā legatum miſit. Qui reſtitutis ubiq; Gibellinis Florentiæ & cœteris urbibus eccleſiæ magiſtratus impoſuit. Ipe uero pontifex Senatus officium per ſeipm exercuit. Legatos Venetorū ad conſpectum ſuū admittere noluit: propter damna Anconitanis illata. Sed recedentes reuocauit: & multis uerbis rephenſos reſpondere prohibitos reiecit. Nec tamē Veneti ab obſidione ceſſarunt. Sed paulopoſt damnis utrinq; illatis: pax æquis conditionibus ſtatuta eſt. Propoſuerat hic pōtifex duos reges alterum in Etruria: alterū in Lombardia creare: utrunq; Vrſinum: qui inde Teutonicos: hinc Gallos Siciliā tenentes: cohiberent. Perſuaſerat regi Aragonū Petro: ut iure hæræditario: Cōſtantiæ uxoris ſuæ regnū Siciliæ recipe adnitere tur. Statuitq; nequis deinceps Senatorio munere fungeret̄ regia dignitate præditus. Et deniq; appoplexi correptus: tertio ſui pontificatus anno interiit. Conuenere Cardinales

Io. pōtifex moritur.

Vacat ſedes.

Nicolaus. III. eligit̄.

Ka. uicariatus adimit̄

Lat. in Etruria legatus.

Gibellini reſtituuntur

Pōti. Senatus officiū.

Pōt. duos regeſ ex Vrſinis creare ſtatuit.

Statutum.

Nicolaus. III. obiit.

122

Viterbii ad electiōem faciendā: & cuſtodiæ cura Riccardo
Annibalenſi Romano proceri apud Viterbienſeſ gratioſo
demandata eſt. Qui Vrſum defuncti pontificis nepotē Vi
terbiēſi prætura eiecit. Quod Matheus & Latinus Cardina
les Vrſini ægreferentes: electōem fieri impediebāt: niſi Vr

Impedimētū Cōclauis

ſus reſtitueretur. Furentes igit᷑ Viterbienſes cōclaue ingreſſi
Vrſini factionis Cardinales in cuſtodia habuerūt. Et Anni

Vrſini urbe eiiciunt᷑.

balenſes facto tumultu Romæ Vrſinoſ eiecerunt. Qui cum
omni factione ſua Preneſte ſeceſſerunt. Cardinales uero ad
quintum & dimidiū menſes incluſi: Italicis Vrſinoꝝ abſen

Martinus.IIII.pōtifex

tia ſuperatis: Gallicū pontificem creauerunt: qui Martinus
quartus eſt appellatuſ. Is Viterbii noluit coronari: propter
uiolentiā in Cardinales factā: ꝙ eam urbem interdictā cen-
ſebat. Sed Vrbemueterē petiit: ibiq; ſolennitatē peregit. Et
uenientem ad ſe Karolū regem: Senatoriā ei dignitatem cō
ceſſit: quod nō ſatis ꝓbabile uidetur. Cum Romæ Iohānes

Io. Cincius Romanoꝝ capitaneus.

Cincius Latini Cardinalis Hoſtienſis illius qui Viterbii ten
tus fuerat: germanus frater: in Romani populi capitaneum
ſit creatus. & p̄tes Annibalenſiū attenuatæ multis in urbe
cedibus: multis incendiis factis. Petierat Martinus Mōtem
flaſconem: ibiq; ꝑ æſtatem moratus eſt. Et nihilominus Io

In Viterbienſes.

hannes Cincii capitaneus Romanoꝝ exercitū in Viterbien
ſes duxit: iniuriā ulturus Latino fratri illatā: agrūq; late po-
pulatus eſt. Pōtifex Matheū Vrſinum Cardinalem Romā
miſit: qui res cōponeret. Riccardus Annibalenſis ut ab ex-
cōicatione quam cōtraxerat propter uiolatōem Conclauis

Annibalēſis abſoluit᷑

abſolueret᷑: ad Cardinalis pedes ꝓcidens: laqueū a ceruice
pendentē deferens: ueniā petiit. Abſolutus eſt: et papa Ro
manis cōceſſit: ut duos Senatores eligerent: qui urbē guber

Duo ſenatores eligūt᷑

narent. Electiq; ſunt Annibal Petri Annibaldi filius: et Pā
dulphus Sauellus. Quo tempore Martinus Paleologum:
nō ſeruantem unionis pacta: inſtante Karolo Siciliæ Rege

excõmunicauit.Paleologus cũ Petro Aragoniæ rege belli
paciſq; ſocietatem iniit. Et Petrus cõmuni impenſa claſſem
armauit. Cuius cauſam cum pontifex per legatũ quæreret:
Reſpondit Petrus in terrorem: tunicam ſe laceraturũ: ſi cor Reſponſio.
dis ſui cogitationũ conſciam eſſe ſuſpicaret. Et paulo poſt
in Aphricã duxit:uſq; ad Iopponem littora populatus.Et
in Sardineam rediens expectauit: ut machinatio per Iohã
nem Prochiciũ conſtituta:locum haberet.Quo tempe Lu-
chinus Maffeus & Iohãnes uicecomites Germani: gentem Turriani pelluntur.
nobiliſſimam Turrianos Mediolano expulerunt.Et in Etru
ria miſſus a Rudulpho Imperatore uicarius: apud Miniate Impatoris uicarius.
oppidum ſe cõtinuit. Indeq; Florentinos et Lucenſes Impe
ratori rebelles uexauit.Piſſiamq; ui captã diruit: anno Mil Anno.Mcclxxxi.
leſimoducẽteſimooctuageſimoprimo. Et Peruſini Fulgina
tenſes inuaſerunt:urbemq; ui captã muro alicubi immunitã
reddiderunt.Propter quod excõmunicati a pontifice mag Peruſini excõicantur.
na pecunia abſoluti ſunt. Et pontifex Peruſium ſe contulit.
Guido uero de Appia Gallicus:cum octingẽtis equitibus De Appia Gallicus.
ad recuperandã Romandiolam pro eccleſia miſſus:Forum-
liuii obſedit:ſuburbiumq; magnũ cremauit. Interim Siculi
ſuperbiam ac libidinem Gallorũ amplius ferre nequeuntes
ſuadente Iohanne Prochicio aduerſus Karolum cõiurauere
Et accepta hora ueſperoꝝ conſentientibus omnibus Inſulæ
populiſ: ꝙprimum campanæ ritũ chriſtiano auditæ ſunt: fa
cto tumultu oẽs Gallicos qui in Sicilia ubiq; erant: cuiuſ Galli trucidantur.
libet ætatis interfecerũt. Adeoq; ſeuitum eſt:ut clauſi utero
materno: qui Gallico ſemine concepti crederentur: extincti Magna crudelitas.
ſunt.Per quos dies Guido Bonattus aſtrologoꝝ ſui tẽpo- Guido aſtrologus.
ris primariuſ: cõciues ſuos Forliuiẽſes obſeſſos hortatus eſt
ut aliquibus diebus quieſcẽtes: hora a ſe recepta: in hoſtes
erumperent.Paritũ eſt.& irruptõe facta ſecundo kalendas
Maii: Guido de Appia cũ Gallis ꝑpe oibus interfectus ẽ:

& urbs liberata. Karolus audito Siculorũ motu: cũ magnis

Vrbs Meſſana.

copiis in Siciliam traiecit: Meſſanamq; urbem obſidẽs per deditionem cœpiſſet: niſi Gallici ultionis cupidi: urbem delere minati eſſent. Ex altera parte Petrus Arrago ex Sardinea uocatus: Panormũ petẽs: ibi ſe regem appellari coronari

karolus Sicilia pellit̃.

riq; paſſus eſt. Et confluentibus ad eum Siculis: in karolum ducere cœpit. Qui dimiſſa Meſſana: in Calabriã ſe recepit. Ad quem karolus filius Salerni princeps aliquot ex ꝓuincia Narbonẽſi cohortes raptim attulerat. Redargutus a karolo Petrus Arrago: ꝙ affinis cõſanguineiq; regnum iuua

Reſponſio Petri.

dere præſumpſiſſet: reſpondit: ſe miſericordem principẽ calamitoſo populo & indigna ferenti rogatum: opem nõ potuiſſe negare: regnũq; ſibi propter uxorem Cõſtanciam deberi: quæ Mãfredi filia & Corradini neptis fuiſſet. Multipli

Duellum inter karolũ & Petrum.

catis hinc atq; iñ iurgiis: placuit rẽ duello terminari: In quo reges quiſq; centũ militibus aſſociati decertarẽt: loco apud Burdegalã electo: ſub rege Angliæ qui utriuſq; conſanguineus eſſet. Karolus in Vaſtoniam ꝓfectus: Iohannem Grillum ꝓuinciæ Mareſcallum adiens: ſeſe cũ adueniſſet: Petrus ſtatuta exequi paratũ obtulit. Petrũ quidam ſcribũt noctu acceſſiſſe incognitũ: & Grillo regis Franciæ propinquantẽ ad iuſtum ſibi metũ prætẽdiſſe: duelliq; mentio obmiſſa eſt

Legatus ad Neapolim

Martinus pontifex Gerardũ Parmenſem Cardinalem legatum Neapolim miſit: regni & karoli adoleſcentis gubernatorem. Et Petrus Rogeriũ de Loria claſſis ſuæ Admiratum cõſtituit. aduerſus quẽ karolus princeps ſpreta legati miſſi

karoli filius ſupatur & capitur.

one: nõ longe a Neapoli claſſe congreſſus ſupatus captuſq; eſt: & in Siciliã primo: deinde in Aragoniã ductus. Cuius rei nouitatem karolus pater rediens cũ magna claſſe in ma

Petrus regno priuat̃.

re certior factus eſt: nõ longe a Corſica. Martinus Petrũ excõicatum regnis priuauit: & in illis ſecundũ Karolum inſtituit. Interdictũ poſuit: & æterna præmia pollicitus his qui

cruceſignati in Arragonenſem arma ferrēt: & Guidoni Feretrano comiti pace data: Romandiolæ magnā partem recuperauit: Forliuiūq; in ultionem Guidonis Appii per capitaneum ſuum mœnibus expoliauit. Vrbinū quoq; obſidione cinxit: quam Guido Feretranus occulte ſuſtentauit. Interim mortuus eſt Rubeus Anguillarius: in Etruria comes: ſocer Guidonis Mōtiſfortis: qui caſtra ad Vrbinū tenebat Is Guido cū parte copiarū ad retinenda oppida uerſus Soamiam uergentia ꝓfectus eſt. Et comes Iuuenazii obſidionem cōtinuauit. Interim propter Corſicā inter Genuēſes ac Piſanos nouū bellum exortū eſt. Et karolus ex Neapoli in Apuliam ꝓfectus: febre correptus interiit. Regnū per legatum apoſtolicū cōſeruatum eſt. Philippi uero regis Frāciæ filium: comitem Atrabatenſem ad eius regni cuſtodiam ire iuſſum: puæ copiæ ſecutæ ſunt. Philippus enim in Aragoniam bellū parabat regnum illud filio primogenito acquiſiturus: a Martino pontifice conceſſum. Qui Martinus paulo poſt obiit. et Guido Feretranus Iuuenacii comitem ab obſidione Vrbini prælio ſuperatū repulit: urbemq; illā ſibi ſubegit. Et Cardinales Iacobū Sabellum elegerunt: Honorium quartū appellantes. Qui Romam mox reuerſus eſt: Pādulpho fratre ſuo Senatore: anno Milleſimoducēteſimooctuageſimoqnto. Habitauitq; apud ſanctā Sabinā: ubi ægregias ædes ædificauit: & ptes Gallicoꝝ iuuit. Excōicationem & ꝓceſſus in Aragonenſes a pdeceſſore fulminatos cōtinuans. Rudulphus aūt Impator principalem de fiſco Genuēſium cancellariū ſuum in Etruriā mittens: oēs q pecuniā tribuerunt in libertate dimiſſos: Imperii fideles ꝓnūciauit. Lucenſes duodecim milia auri dederūt. Et Florentini ſex magiſtratus bimeſtres creauere: qbus arciū prioribus fuit appellatio: Septimuſq; breui additus ē: uexillifer iuſticiæ. Philippus aūt Franciæ rex urbem Gerundenſem obſedit: tribuſq;

Forliuiū expoliatur.

karolus rex moritur.

Legatus gubernat.

Martinus papa morit

Honorius ·IIII. eligit.

Anno. Mcclxxxv.

Sedes apud. s. Sabinā

Pecuniā dantes.

Priores arciū Florētiæ

menſibus cõtinuauit. Et Petrus Arrago dum commeatus a
Narbona in caſtra ferẽdos in eo ſpacio quod a mari ad Ge
rundam terræ patet: ſurripere nititur: acri commiſſo prælio

Pe. Arrago interiit.

uulneratus paulopoſt male curatus interiit. Et Gerunda pa
ctione ciuiũ in poteſtate regis Franciæ facta eſt. Duo erant
Petro filii: Ferdinaudus natu maior: regnũ Aragoniæ: et Ia

P. rex Franciæ morit᷑.

cobus Siciliæ: teſtamento acceperunt. Philippus aũt rex fe
bre in caſtris accepta: paulopoſt apud Perpinianũ deceſſit
Et nauigia eius in portu Narbonenſiũ a Rogerio de Loria:
capta ſunt. Et duæ potẽtiſſimæ claſſes Genuenſiũ et Piſano
rum apud Lamellũ inſulam Piſano portui uiciuam cõcurre-
runt: magnoq; prælio cõmiſſo: Piſani quadragintanouẽ tri

Piſani ſuperantur.

remes: duodecim milibus hominũ aut ceſis aut captiſ. Quæ
res Piſanoꝝ uires eneruauit. Odoardus rex Angliæ in Va
ſtoniam ſe cõtulit: ut inter duos reges adoleſcẽtes ſibiq; affi
nes pacem cõponeret. Quæ idcirco impedita eſt: quia lega
tus apoſtolicus & comes Atrebatẽſis per Reginaldũ Aue

Cathina urbs.

lini comitẽ medio tpe Cathinã urbẽ claſſe a Venetis accep-
ta occupauerant. & maiores copias eo mittere parabant in

Rogerius de Loria.

Etruria congregatas. Sed Rogerius de Loria: claſſem Galli
cam ex Sicilia redeuntẽ: uacuã intercepit. Et Cathina urbs
obſeſſa diu: a ꝓuincialibus tãdem recepta eſt. Quartus aũt

Honorius. IIII. morit᷑

Honorius ſui pontificatus anno ſecundo: in Auentino mõ
te deceſſit. Et Cardinales æſtiuũ aerem fugientes: Februario
menſe reuerſi: Hieronimũ Aſtalanum ordinis minorum ꝓ

Nicolaus. IIII. eligitur
ordinis minoꝝ.

feſſorem apud ſanctã Sabinam elegerunt: Nicolaum quar
tum appellatũ. Qui Reate ſe contulit: & ibi anno peracto
reuerſus: apud ſanct ãMariam maiorẽ habitauit. Vrbs Ro
ma ciuilibus diſſidiis agitata: incendia cœdeſq; pertulit. Re
ges Aragoniæ & Siciliæ conciliati ſunt: ea lege: ut karolus
rex ſuis impenſis Iacobũ Aragonem a pontifice Romano
feudatarium Trinacriæ regem inſtitui coronariq; curaret.

Quod niſi triénio impetraſſet: in carcerem unde dimitteba
tur rediret: datis obſidibus filiiſ: Karolo: cui poſtea Martel Filii Karoli.
lo regi Hungariæ fuit cognomento: & Loigio: q̄ poſt actā
in beati Franciſci religione uitam: in ſanctoꝝ numero eſt re
latus. Tripolis hoc tempe urbs Aſiæ inſignis: in poteſtate Tripolis diruitur.
Soldani Babiloniæ facta: poſt cedem hominū igni ferroq̄
diruta eſt. Paremq̄ fortunā Sydon et Barutū pertulere. Se Sydon Barutum.
dente Nicolao quarto Ptolomaida in duos ānos inducias
conſecuta. Pontifex aūt crucem prædicari iuſſit pro auxilio
Ptolomaidæ: mille & quingentis militibus ſuo ære condu- Auxiliū pontificis.
ctis. Quos multi ſine Impatore ſecuti ſunt. Qui Ptolomai
dam uenientes: nullo regimine uſi: multa intulere damna &
xp̄ianis & Saracenis. Soldanus ſæpe queſtus eſt: & p nun
cios prædā repetiit. denegataq̄ exitum cōminatus eſt. Erat
de Ptolomaidæ regimine magna cōcertatio. Nam patriar- Contentio xp̄ianoꝝ.
cha Hieroſolimitanus illud: & Templarii: & Hoſpitalarii
& Teutonici: & rex Cypri: & rex Siciliæ Karolus: & Pi-
ſani quærebant. Circa quod tēpus pax interrupta eſt: inter
Aragonenſem et Karolū. Piſani pauloante Vgolinū comi Vgolinus necat᷑.
tem cū duobus filiis totidemq̄ nepotibus in carcere tentū:
inedia necauerūt. Propter quā rem oēs Etruriæ Gibellini
in Guelfos exarſerunt. & in Aretinos arma uerterūt: exuli
bus id petentibus. Guilelminus Petramala ep̄s eo tp̄e Are- Petramala ep̄us.
tio dn̄abatur. Cui Feretranus comes & Florētini exules au
xilio aduenerant. Secundus Karolus pontificem acceſſurus
Florentiā uenit: cum duobus cohortibus equitū. quem Flo
rentini contra Petrāmalam ep̄um irritarunt: additis copiis
quibus ep̄m ſuperare poſſet. Venitq̄ rex in agrū Ciuitatis-
caſtelli: copiis Florentinoꝝ aſſociatus. Et Guilelminus ep̄s
cū noningētis equitibus et octo milibus peditibus occurrit
Cōmiſſo prælio cedes Florentinoꝝ magna eſt facta. Et pau
lopoſt mutata fortuna Guilelminus ep̄s cum Feretrano co Ep̄s et Aretini cedunt᷑

mite interfectus eſt. Tria milia cecidere et duo milia capta
ſunt de Aretinis. Locũ prælii Campaldinũ dixere. Karolus

*Karolus. II. rex Sicilie*

ad pontificem profectus: regnum utriuſq; Siciliæ accepit.

*Caieta obſidetur.*

Quod audiens Iacobus Arrago Caietã obſedit: & pax in
terim ſub prioribus ſponſionibus cõſtituta eſt. Et inter Phi
lippum Franciæ: & Odoardũ Angliæ reges nouũ bellum
exortum eſt. Quæ res in Aſia xp̃ianos perturbauit. Solda

*Ptolomaida obſidet̃.*

nus enim Babiloniæ centũ quinquaginta milia pugnatorũ
aduerſus Ptolomaidã miſit: filio duce copiarũ inſtituto: cũ
ip̃e ægrotaret. Ducta eſt obſidio duobus mẽſibus. Interim

*Soldanus moritur.*

mortuo Soldano filius ſuffectus eſt. qui acrioribus animis
urbem oppugnãs ꝓmiſſa militibus præda foſſiſq; cõpletis
materia ac uirgultis: ad mœnia uſq; pugnando ꝑuenit. Sed
erumpentibus xp̃ianis magna occiſione in caſtra repulſus ẽ
Deinde diſcordantibus in urbe xp̃ianis: placuit imbellem

*Xp̃iani deſertores.*

multitudinẽ per noctem emittere cum qua multi deſertores
effecti ſunt. Deinde duodecim milibus ad defenſionem di-
miſſis: inter quos rex Cypri & patriarcha fuerũt Hieroſoli
mis & hoſpitalis templarioꝝ magiſtri. reliqui oẽs abierũt.

*Perfidia regis Cypri.*

Sed rex Cypri perfidia uſus: deſertores ſecutus eſt. multiq;
eũ ſecuti ſunt. Poſtremo omniũ Hieroſolimæ p̃triarcha ma
giſtriq; cognita oppugnatõe Soldani quæ maior ſolita pa
rabatur: Dromone ad id ſeruato portu delapſi ſecũda naui
gatione: paulopoſt tempeſtate uexati ſub ip̃a Cypri plaga

*Ptolomaida euertit̃.*

in naufragio periere. Soldanus deſertã urbem capiens igne
ſuccendit: & a fundamẽtis diruit. Anno. MCCXC.

## EX LIBRO DECIMONONO.

POſt uictoriã Gotfredi annis centũnonaginta
ſex: perdita eſt Ptolomaida. Cyprus inſula: et
Armenia minor Cilicia prius dicta: in xp̃iano
rum fide manſerũt. Apud Alamanoſ mortuo
Rodulpho: comes Adulphus de Naſſoy electus eſt ſucceſ

ſor: quem Rudulphi filius Albertus in agro Spirenſi: in ꝑlio interfecit. Nicolaus quartus apud Sanctā Mariam maiorem interiit. Cardinales ut liberius electiōem facerent: Peruſiam migrauerunt. Nec duobus annis tribuſq; menſibus in electione concordarunt. Michael Paleologus interim mortuus eſt: quem Callogeri ſacerdotes & monachi ſepultura ſacra ꝓhibuerunt: eo q; occidentali eccleſiæ in Lugdunenſi cōcilio conſenſiſſet. Andronicus filius & ſucceſſor ſuus libēter Latinæ eccleſiæ ob eam cōtumeliam fuiſſet unitus: ſi auxilium habuiſſet: quod poſtea ſemp recuſauit. Bellū inter reges Franciæ et Angliæ acerrimū exarſit. Karolus ſecundus rex Neapolitanus e Narbonenſi ꝓuincia rediēs: Peruſiam uenit: hortatuſq; pluries ad electionem pontificis Cardinales: a Benedicto Caietano patria Ananino reprehēſus eſt: qui totiens rogando uim afferre uideretur. Receſſit rex Neapolim petens. Paulopoſt Cardinales Petrū Moroneū Exermenſem Anachoritā ſecūdo a Sulmone miliario ad Maielle montis radices cenobiū incolentem elegerunt: uitæ ſanctitatis fama celebrem. Qui hortante Karolo rege electiōi conſentiens: Celeſtinus tertius eſt appellatuſ. Et Cardinales ad ſe ad Aquilam uocauit. Ibiq; cōſecratus: duodecim nouos creauit. Vltimus ad eū uenit Benedictus Caietanus: & primū apud pontificem locum tenuit. Nec auſteritatē uitæ Celeſtinus mutauit. Sed cum experientia rerū careret: parū utilis reipublicæ iudicatus eſt: ceptumq; eſt de ceſſione tractare. Quod cum Karolus audiſſet: pontificem amicū Neapolim duxit: multiſq; modis conatus eſt animū eius a ceſſione auertere: adeo ut ſolenni pompa per archiepiſcopū ducta: clerus & populus benedictiōem a pontifice petierit: Iliq; ſe cōmendaret: rogando: ne bene gubernatā eccleſiam: ſuo regimine deſtitueret. Quibus pontifex benedictiōe data: reſponderi iuſſit futurum: quod deus pro ſalute populi

Adulphus occidit᷑.
Nicolaus. IIII. morit᷑.
Sedis uacatio.
Michael obiit.
Andronicus Impr.
Bellum inter regeſ.
Vim attulit rogando.
Celeſtinus. III. eligitur
In Aquila cōſecratur.
Tractatus de ceſſione

Bn̄dicti Car. aſtutia. diſponere dignaret̃. Benedictus aūt Cardinalis Caietanus iuris ſcientia peritiſſimus: multis canonibus oſtendit pontifici: ꝙ grauiter peccaret: ſi ſe inſufficientem cernēs: ad obeūdum pontificatū nō alteri cederet: conſtitutionēq̧ ꝓmulgari obtinuit: per quā declaratū eſt: licere pōtifici Romano dignitatē dimittere. Et paulopoſt ſexto mēſe ſui pontificatus

Celeſtinus abdicauit. Celeſtinus papatu ſe abdicauit: Cardinalibuſq̧ alterius ſurrogandi arbitriū permiſit. Electus eſt autem Benedictus ipſe Caietanus:

Bonifacius eligitur. Bonifacius octauus appellatus. Qui accipiēs Petrum Morroneū ad heremum anhelantem Neapoli clandeſtine receſſiſſe: illum ex uia retractū in cuſtodia iuſſit haberi: ueritus ne populi eum ſequerent̃. Et Romam petens: in arce Campaniæ Funonis deductū arcta cuſtodia conclu

Celeſt. in carcere obiit ſit: in qua ille mortem accelerauit: nō ſine infamia Bonifacii Fuerunt apud Bonifaciū odioſi Iacobus & Petrus Cardinales de Columpna: qui Gibellinorū factionem non ſolum in ſuis oppidis: ſed etiā in Anania confouebant: unde ipſe oriundus Guelfarum partiū habebatur. Vocauit eoſ ad ſe Bo

Cruceſignati in Cardinales de Columpna. nifacius. Qui timentes & Nepeſum ſecedenteſ: grauiori odio inſecutus: cruceſignatos in eos miſit. Illi Preneſte ſe receperunt. Quā urbem Sarra Columpnenſis eorū patruus retinebat. Sed ibi quoq̧ preſſi a cruceſignatis: manere nō potuerunt: zagarolum petiere. Preneſte dirutū eſt: & zagarolū. & deinde Columpna oppidū ui captum pari modo dirutū

Cardinales Reate Cardinales fuga dilapſi Reate petierunt. Sarra apud Anci

Sarra a pirratis capit̃ um diu in nemoribus obuerſatus eſt: & paſtorū pane nutritus. Deinde a pirratis Cathelanis captus: ad remigiū eſt admotus. Timebat enim irā pontificis: qui nullis eſſet Gibellinis placabilis. Notū illud eſt ꝙ Procheto Genuenſi archiepiſcopo ad pedes eius procidenti in die cinerum dixit (nā

Verbū pontificis. prouerbiis dici ſolitiſ) Memento inquit homo quia Gibellinus es: & cum Gibellinis in cinerem reuerteris. Iniecitq̧ in

oculos eius cineres: & eum archiepiſcopatu priuauit. Reſti
tuit tamen poſtea cum Cardinales de Columpna non iuiſſe
Genuam intellexit. Eodemq; anno Milleſimoducenteſimo
nonageſimooctauo: beatum Ludouicū Franciæ regum ſtir-
pis: ex ſecundo Karolo natum: beati Franciſci ordinem ꝓ-
feſſum: in ſanctorū numerum retulit. Sextumq; edidit pon
tificii iuris codicem. Et Eugubinā urbem quæ Gibellinorū
ductu ab eccleſia deſciuerat recuperauit. Alberto duci Au
ſtriæ confirmatiōem Imperii petenti bis terq; negauit. Ka-
rolo ſecundo regi Siciliæ poſt mortem ſancti Ludouici ſu
perſtites ex Maria uxore regis Hungariæ filia: mares ſex:
fœmellæ quinq; fuerūt. Maior natu Karolus Martellus Hū
gariæ regnum materna. Secundus Robertus Calabriæ dux
Neapolitanū hereditate paterna expectabat. Tertius Phi
lippus Tarentinum obtinuit principatum. Nata ex prima
Clemencia nomine Karolo Philippi regis Frāciæ primoge
nito nupta erat. Blancam ſecundā Siciliæ rex Iacobus uxo
rem acceperat. Et tertiam Leonariā Federicus Arrago Iaco
bi frater: qui & ipſe rex Siciliæ appellabatur. Mortuo Iaco
bo Aragonenſi: Robertus Calabriæ dux iuſſu patris in Si-
ciliam traiiciens: Cathina urbe potitus ē. Et Philippus dux
Tarentinus cum claſſe ſubſecutus. Verum Siculi pro Ara-
gonenſi ſe tenenteſ: naues plurimas armauere. Et primo claſ
ſem quam Robertus remiſerat: occuparūt. Deinde aliā Phi
lippi claſſem cum ipſo interceperūt: et Philippum apud Pa
normum in carcerem cōiecerunt. Robertus relicta Cathina
in Italiā rediit. Et Federicus Arago ex Hyſpania euocatus:
Siciliam totam obtinuit. Nec moratus in Calabriā ducens:
ea quoq; potitus eſt. In Etruria uero ſociæ Guelfarum parti
um ciuitates: reuocato cum Genuenſibus fœdere: Piſas ter-
ra mariq; inuaſerunt: Liburnumq; portū ui captum incende
runt. Et ne aditus eſſet in mari: in hoſtio fluminis onerarias

Anno. Mccxcviii.

Sextus decretalium.

Martellus Hungariæ.

Robertus Calabriæ.

Blanca uxor regis Si.

Robertus in Siciliā.

Federicus Siciliā recu-
pat: Calabriā occupat

Liburnū capitur.

naues dimerſerunt. Guido autē Feretranus caſtella Aderā
fluuium de Piſanis a Florentino occupata recepit: ipſumq;
Gentilis Vrſinus. pontem munitum obtinuit. Nec uenientem Gentilem Vrſi
num Florentinoꝝ ducem bello excipere auſus eſt. Sed tam
diu intra mœnia ſe cōtinuit: donec ille receſſit. Quæ res di-
Pax inter Flor. & Piſ. ſcidiū apud Florentinos fecit: & nobilitatem depſſit: paxq;
poſtea inter Florentinos & Piſanos conſtituta eſt. Et anno
Anno. MCCC. Milleſimo trecenteſimo palacium quod dominoꝝ appellāt
Florentiæ ædificatū eſt. Pomeriū urbis productum: & mœ
Annus Iubileus. nia ſuperducta: et carcer ampliſſimus ædificatus. Et Romæ
Iubileus annus celebratus. Et Karolus ſecundus Saracenos
Saraceni in Luceria. in Luceria diu toleratos qui chriſtiani fieri nollent (que parſ
maxima fuit) interfici iuſſit. Karolus autem Valeſii comes:
Philippi Francorum regis germanus: Catherinā Balduini
ultimi Conſtantinopolitani Imperatoris filiam accepit uxo
rem. Et anno Iubileo Romā petens: fauores ſocero impetra
uit a pontifice ꝓ Imperio recuperando. Quod pontifex id
circo annuit: quia expeditionem in Hieroſolimā deſtinaue
Karolus Valeſius. rat. Iuſſit itaq; Karolum Valeſiū in agrum Romanū copias
adducere: eumq; defenſorem patrimonii ſancti Petri in Tu
Cācellarii in Piſtorio. ſcia cōſtituit. Per hoc tempus in Piſtorio: Cancellarii gens
ditiſſima numero multiplicata: in duas partes diuiſa eſt. &
altera Albi uocati ſunt: altera Nigri: magnis inter ſe cōten
tionibus agitantes. Quos cum Florentini componere ſtude
rent: ipſi quoq; inter ſe diuiſi ſunt: & eadem nomina recepe
runt. Legatus apoſtolicus eo directus cum nihil proficeret:
Florentini interdicunt. ſacris interdixit. Miſſus ē eo Karolus Valeſius. Interim Al
Nigri pelluntur. bi Nigros e Piſtoria pepulerunt: Andrea Girradino equi-
te Florentino inſtigante. Idem morbus Lucā inuaſit. Minel
lo enim primario Obitioꝝ familiæ ciue interfecto: Nigros
pellere ſtatuerunt. Sed ab illis pulſi ſunt. Valeſius Florenti-
am ueniens: accerſito legato: multa conatus nō potuit effice

re:quin Albi ex Florētia pellerent: & crudeliſſima in agro fierent Florentino. Pontifex aūt expeditiōem in Hieroſolimam cupiens parare: Apamiarū epm ad Franciæ regē Philippum miſit. Qui cū nihil ꝓficeret: anathema in eū & regni priuatiōem minatus eſt. Propter quā rem Philippus eū in carcerem cōiecit. Narbonenſis deinde archidiaconus: ad eius liberatōem miſſus: cū nō impetraret: regnū Franciæ ad Romanā eccleſiam ptinere dixit. Iuſſitq; a regalibus muneribus Philippū abſtinere. Aſtātes a iuramento regi pſtito abſoluit. Et oſes gras in regno Franciæ a pontificibus Romanis cōceſſas tamdiu ſuſpendit: donec pōtifex placaretur Liberatus eſt Apannenſis eps. Sed ꝓhibiti ſunt regnicolæ Romā ire aut pecunias eo mittere. Secūdo poſt Iubileū anno Karolus Valeſius ad cōſobrinum ſuū Karolum ſecundū ſe cōtulit: multaq; de Calabria recupauit. Federicus Arago pacem petiit: redditiſq; oppidis de Italia captis: ea lege obtinuit: ut quoad uiueret: Trinacriā obtineret. Albi ex Florentia pulſi: inter quos Dātes poeta fuit: Forumliuii ſe cōtulere: quo & Gibellini Florentia Extorres cōfluxerunt. Et in unū corpus coeunteſ: Scarpettā Ordelaphū Gibellinoꝝ in ea urbe principē ſibi ducem aſſumpſere. quibus Vgucio Fagiolanus cū plæriſq; caſtellis in Apennino propinquis adiunctus ē: rei militaris peritiſſimus. Bononienſes quoq; tūc parti fauentes Gibellinæ: auxiliū miſere. Idē fecit Caniſgrandus Scaliger Veronæ tum primū dñio potitus. Per Dantē oratus exercitu cōgregato: p uallem Anomonis fluuii iter fecere in Mugellanū tranſituri. Sed audiētes Florentinos Lucenſeſq; eo concurriſſe: & Vbaldinæ gentis meliora quæq; occupaſſe: tranſmiſſo Apennino ad Policianū caſtra firmauere. Vbi ſuperueniente hoſte fame agitati in fugā conuerſi ſunt. Et multi ipſoꝝ capti: de quibus Florentiæ ſuppliciū captum eſt. Reliqui in Romandiolam reuerſi ſunt. Philippus

Legatus ap. incarcerat

Regnū Frāciæ ad Ro. eccleſiā pertinere.

Dantes poeta.

Scarpetta.

Vgucio.

Valle Anomonis fl.

Albi fugantur.

Regis Frãciæ appellõ.

rex Franciæ apud Pariſios concilio eccleſiaſticoꝝ ac nobili
um cõuocato: ad ſedem apoſtolicã appellauit. Per idem tẽ
pus Sarra Columpnenſis in portu Maſſiliæ cũ ſe clam quis
eſſet nõnullis Gallicis intimaſſet: ope regis a pirratis libera

Sarra in Italiã mittit.

tus eſt: & odio pontificis honoratus. Qui ad perniciẽ pon
tificis in Italiã miſſus eſt. Quo tpe pontifex in Anania mo

Albertus dux auſtriæ Impr & rex Franciæ.

ram trahens: priuato Philippo: Albertũ Auſtriæ ducẽ &
Imperatorem & regem Franciæ declarauit. Philippus Gui
lelmum quendã Nogaretiũ equitem ſibi fidũ ſuadente Sar
ra Romã miſit: ſub obtentu publicandæ appellatiõis apud
Pariſios factæ. Qui ducentos equites Romæ accepit: quos
karolus Valeſius ibi dimiſerat. Sarra interim ſeruili habitu
in Latiũ redierat: qui Nogaretiũ Ferentinum petere iuſſit: et
cũ eo ex improuiſo Ananiã noctu ingreſſus eſt: ueteribus
amicis operã nauantibus: Bonifaciũꝙ pontificem in pater-

Põtifex a Sarra capit.

na domo & in quo genitus fuerat cubiculo: ualuis ui refra-
ctis obſtupẽtem propria manu cepit: Romãꝙ pduxit: ubi

Bonifacius occiditur.

Bñdictus. XI. eligit.

intra quartũ & uigeſimũ diem uiolenta morte deceſſit. Car
dinales territi Peruſiã acceſſere: ibiꝙ Benedictũ undecimũ
natione Taruiſinũ ordinis prædicatoꝝ ꝓfeſſorem: pontifi
cem creauere. Qui Nogarecio Sarraꝙ cum quinꝙ ciuibus
Ananinis anathemate pcuſſis: Iohannem & Iacobũ Cardi-

Cardi. de Colũpna & rex Frãciæ reſtituunt.

nales tanꝙ iniuſte damnatos: capello ad breue tps abſtine
re iuſſos: regemꝙ Franciæ ad priſtinã dignitatem reſtituit.
Miſſoꝙ Florentiã Nicolao Pratenſi Cardinali: urbẽ pacare
niſus eſt. Legatus uiginti uexilliferos ibi cõſtituit: nec tamẽ
reſtituere exules potuit: quos in agrum Mugellanũ aduoca

Benedictus morit. Sedes uacat.

uerat. Sed poſito interdicto Pratũ ſe contulit. Pontifex no
no pontificatus ſui menſe obiit. Vacante ſede Florentini ex
torres Albi Gibelliniꝙ clandeſtino itinere noctu ad portã
quæ Bononiã ducit uenientes: mœnia nondũ perfecta cum
magno amicoꝝ comitatu ſupgreſſi: ad templũ uſꝙ ſanctæ

Reparatæ ꝓfecti ſunt. Sed dũ uel prædam quærũt uel amicos alloquunt̃: conglobati ciues eos expulerũt: uictoriãq; prope hoſtiũ factam recuperauerũt. Florentini exinde omnia timentes: Robertũ Calabriæ ſuorũ & Guelforũ omniũ ductorẽ ea lege acceperũt: ut ex illius arbitrio bellũ paxq; penderet. In cuius aduentu cũ Lucenſibus ad opprimendã obſidione Piſtoriã ꝓfecti ſunt. Sed Florentini & cœteraꝝ urbium exules Piſtoriã egregie defendentes: Robertũ uſq; ad prati mœnia repulerũt. Interim Peruſii Bernardus Burdegalenſis eps̃ in Galliis agẽs: in pontificẽ electus eſt. Qui electioni cõſentiens: Lugdunum ſe cõtulit ex Burdegala: et Clemens quintus appellatus eſt. Ad quem uocati Cardinales: ſine mora ꝓfecti ſunt: mẽſe Auguſto anno. MCCCV. & ſeptuagintaquatuor annis in Galliis Romana curia tẽta eſt: magno xp̃ianorum malo. Interfuerũt coronationi pontificis Philippus rex Franciæ karoluſq; frater ſuus ex Italia reuerſus. Iohannes dux Britaniæ: qui ruina muri oppreſſus eſt cũ multis aliis dũ pompa p urbem duceret̃. Philippus rex debilitatus: & pontifex in turba preſſus Iaſpidem precioſiſſimum ex mitra amiſit. Creauit aũt Clemens plurimos ex Gallia Cardinales: ex Italia nullũ: niſi q̇ Iohãnem & Iacobum Columpnẽſes ad capellũ reſtituit. Tres Cardinales Romã cum Senatoria poteſtate miſit. Sardineam a Saracenis occupatã dum Genuenſes Piſaniq; cõtendunt Federico Siciliæ regi ea cõditione cõceſſit: ut illico recipiende manũ apponeret. Veneti uero cũ Karolo ſecundo aduerſus Imperatorem Conſtantinopolitanũ fedus iniere. Propter quam rem Kaſſianus rex ãno. MCCCVII. Romano põtifici unionem ꝓmiſit. Sed cũ Veneti Karoluſq; refrixiſſent: ꝓpoſitũ mutauit. Apud Nouariã Dulcinus quidã & Margarita uxor: nouã hereſim inuenerũt aduerſus ſacerdotes: p quã mares fœminæq; ſimul habitãtes in oẽm libidinẽ ꝓlabebant̃.

Albi & Gibellini Florentia pellunt̃.

Põt. eligit̃ ex Galliis.

Clemens. V.

Anno MCCCV. Ro. cu. in Galliis.

Cardinales Galli.

Senatoria ptãs Romã

Sardinea Federico.

Venetoꝝ et Ka. fedus Anno. MCCCVII.

Hereſis Dulcini.

Templarioꝝ defectio

Iudei ex Francia.

Turci rhodū occupāt

Albertus Impator oc ciditur a nepote.

Azo a filio necatur.

Parricida dominaᵗ.

Pelagura Legatus.

Veneti excōicantur.

Miſſi aduerſus eos per papā nuncii: in excelſum montē alpibus cōtinentem coactos: fame & frigore ſuffectos: ad unū ſuſtulerunt. Reſcitū quoq; eſt Templarios qui pro christo olim pugnare ſoliti erant: xp̄o rebelleſ: Saracenis cōſenſiſſe Propter quā rem ſupplicio affecti ſunt: & bona eoꝝ ꝑtim Rhodiēſibus: ꝑtim nouis religionibus attributa ſunt. Iudeos quoq; cū ſingulis ueſtimentis ex Frācia Philippus eiecit bonis eoꝝ occupatis. Rhodus a Saracenis Turciſq; occupata eſt: quā hoſpitalarii nouis aucti opibus receperūt. Albertum Impatorem Iohānes ex fratre nepos interfecit. Longobardiæ ciuitates quos habebant capitaneoſ: dn̄os pertulere. Verona Scaligeros: Mantua Paſſermoſ: Padua Carrarienſes: Ferraria Eſtenſes iampridē acceperat. Qui Mutinæ Regiaq; poſt annū Iubileum frena impoſuerāt: adeoq; creuerant: ut Karolus ſecūdus rex Neapolitanus: Beatricem filiam ex Maria uxore ſuſceptā Azoni tunc Marchioni uxorem dederit. Ipſe aūt Azo āno poſt Iubileū quinto: et eius matrimonii primo: a filio ſuo adoleſcēte: Friſco nomine: ex aliena uxore ſuſcepto: dolo captus et in carcere necatus eſt Friſcus paternū dominiū obtinuit: auxilio Venetoꝝ: ad expugnandū Thedaldum caſtellū ponti impoſitū impetratū Cardinalis cognomine Pelagura Bononiā a Clemēte miſſus Venetis impauit: ut a re Ferrarienſi abſtinerent. Sed illi obaudiētes: cū iam populus mutato propoſito: eccleſiæ dominium acclamarent: caſtellū expugnauere. Friſcus in ultiōem populi rebellātis: Ferrariæ pene mediā ꝑtem incēdit. Ciues excluſo Friſco Venetis ſe ꝑmiſere. Pelagura legatus cruceſignandos aduerſus Venetos Ferrariēſeſq; Bononiæ cōuocauit. Et Clemēs Venetis apud Auinionē publice excōicatis: ſacris interdixit: & ꝓ ſeruis haberi iuſſit: ubicūq; reperirentur. Propter quā rē et in Anglia et Galliis multa detrimenta perpeſſi ſunt. Miſit pontifex alios Cardinales in Etruriā:

Qui Roberto duci Calabriæ: & Florentinis: Lucenſibus ac
cœteris Piſtoriam obſidentibus imperarūt: ut Piſtorienſes
dimitterent. Paruerunt omẽs præter Florentini ac Lucenſes
Propter quam rem ſacris eis interdictum eſt. Robertus ad — Floreñ excōicantur.
pontificem ſalutandū Auinionem petiit. Et Piſtorienſes bel
lo fatigati deditionẽ fecere. Potiti urbe Florentini ac Lucen — Piſtoria capitur.
ſes: a ciuiū ſanguine temperarunt. Mœnia uero deiecerunt:
& foſſas impleuerunt: agro urbis inter ſe diuiſo. Piſtoria in
rus redacta utriq; populo ſubiecta manſit. Florentini Acci
anicum oppidū gentis Vbaldinæ in agro Mugellano: in ar — Accianicum diruit᷑.
duo monte ſitum: pecunia receptū diruerunt: & in plano ꝓ
pinquo Scarpariam aliud oppidū ædificauerunt: ubi prius — Scarparia conſtruit᷑.
erant tabernæ. Miſſus eſt Neapolio Cardinalis Vrſinus in
Etruriam qui res cōponeret. Sed a Florentinis ac Lucēſibus — Anathema in Florenti
ſpretus: anathema & interdictum in eos cōtinuauit. Floren — nos & Lucenſes.
tini clerum grauiſſimis exactiōibus uexauerūt. Curſiū Do
natam ciuem benemeritū: quia Vgucionis Fagiolam filiam
duxiſſet uxorē: multis cedibus hinc atq; inde agitatis inter
fecerunt. Aretini Tarlatos de re publica optime meritos:
Guelfis exulibus in patriā reductis per arma eiecerunt. Flo
rentini erga Lucenſes ingrati: reparatis Piſtoriæ foſſis: por — Floreñ. Piſto. occupāt
tiſq; & uallo excitatis: urbem ſibi retinuerūt. Vgucio Fagi
olanus ob iniuriam generis: Tarlatos in Aretiū redire ad-
iuuit. Pelagura Legatus Ferrariam per cruceſignatos et Flo — Ferraria recuperatur.
rentinorū auxilia recuperauit: multa in Venetos occidione
cōmiſſa. qui Ferraria & Caſtello Thealdo coacti exceſſere
Pontifex Florētinis Venetiſq; pacem dedit. Anno Milleſi — Anno. MCCCVIII.
motrecenteſimooctauo: Karolus ſecundus Neapolitanus — Karolus. II. morit᷑.
rex obiit. Robertus filius habita confirmatione pontificis:
in Italiam rediit. Interim Lambertus Bernardinuſq; fratres
de Polenta Rauennæ ciues: Ferrarienſium opera: caſtrum
Marchomama: quod in Padi ripa Veneti tenebant: inſcio

Pelagura ceperunt. Qua de cauſa Pelagura Roberto regi
Bononiam appulſo: Ferrariam cõmiſit pro eccleſia guber-
Degus dela Ratha.
nandam. Is Degum dela Ratha Cathalanum cum cohorte
equitum Ferrariæ reliquit. Tumultũ fecit populus: reducti
onem nobiliũ Eſtenſium acclamãs. Degus dimiſſo Caſtello
Thealdo præſidio: uigintiocto ciues ſuſpendio interfecit:
& multos in carcerem cõiecit: pecunia mulctãdos. Per hoc
Henricus Impator.
tempus Henricus Lucenburgenſis a Germanis Impator ele
ctus eſt: & a pontifice acceptatus: ea lege: ut intra bienniũ
Italiam peteret coronam accepturuſ. Qui miſſis oratoribus
Minæ Imperatoriſ.
Florentiã: magnum ſe Germanorũ exercitum ducturũ ait:
petiitq; in urbe recipi: et Aretinos ab inuaſione Florentina
Florentinoꝝ rñſum.
liberari. Reſpondere Florentini: imprudenter agere ſapien-
tem principem: qui Barbaros in Italiam duceret: quã debe
ret a Barbaris tueri. De receptiõe ſua cum aduenerit Impe
rator: conſultandum eſſe Aretinis: nõ bene conſulere Impe
ratorem: qnos ſciret Guelfos expuliſſe. Exules enim conſue
uiſſe Imperatorũ ope reſtitui. Propter quam rem dãtes Flo
Florentini cœci car.
rentinos cœcos: cum primũ appellare cœpit: qui tam inſul-
ſe reſponderent. Oratores Aretium ꝓfecti: ciuitatem cõfir
marunt. Et Florentini ex agro Aretino exceſſerunt. Time
bant Henricum Florentini: ſed aduentu Roberti regis recre
ati ſunt: qui ſe Guelfarum partiũ tutorem conſtituit. Henri
Hẽricus Impr in Italiã
cus tranſgreſſus alpes: Taurinenſes ad quos primum deſcẽ
ſurus erat: in deditionem accepit. Et deinde Eſtenſes: uicari-
oſq; eis dedit. Philippus Papiæ Comes: Symon Collubia-
Symon Collubianus Vercellensis.
nus Vercellenſis: Anthonius Laudenſis tyranni: Henrico
occurrentes: datos uicarios acceperunt. Et Alboynus Ca-
niſq; Grandis Scaligeri per oratores ſe dedidere. Duæ fa-
ctiones Mediolanum tenebant: Turriani: & Vicecomi-
Turriani Guelforum.
tes. Guido Turriano Guelforum. Matheus Vicecomes
Vicecomes Gibelliñ.
Gibellinorum: principes erant .:. Guido Capitane-

atus populi magiſtratum gerens: q̄uis aduentum Henrici cupide expectaret: Guelfis amicū Imperatorem ratus. Veritus tamen ne Matheus gratiā occuparet: contracto exercitu: in agro Mediolanēſi ſe cōtinuit. Matheus uero Leupoldum Auſtriæ ducem ſibi notum mittēs: ſuaſit: ut copias urbi admoueret: futurū: ut ea potiretur. Qua re cognita Guido: ad arma cōcurrit: et tumultus in urbe excitatus eſt. Sed adueniens Henricus: utranqꝫ partem terruit. & intromiſſus urbe potitus eſt. Pro cuius pace ſeruanda: Guidoni Vercellas dono dedit. Et Galeazio Mathei filio: quem ſecum Romam ducere cōſtituit: equitū præfecturam ꝓmiſit. Leupoldusqꝫ dux Auſtriæ cum Germanorū cohortibus urbe præfectus eſt. Qua re audita Lombardi omnes præter Alexandrinos Imperatori ſe dederunt: tyranniqꝫ & populi uicarios amiſerunt. Paduani a Ferrarienſibus & Roberto admoniti: nō ſatis facturi uidebātur. Henricus coronam ferream quam Medoeciæ recipere debuit: Mediolani recepit: magna impenſa ciuium: ita ut grauata onere plebs tumultū fecerit. Quæ cum liberalitatem ſperaret: maiorem ſeruitutē inuenerat. Seditioſiſqꝫ populum incitantibus: ad arma cōcurſum eſt. Germani principio deterriti: cum cædes in ſuis & uulnera ederentur: Introductis quæ in ſuburbiis erant copiis: in utranqꝫ factionem prælio decertare cœperunt. Galeazius uicecomes Matheo genitore domi relicto: tanq̄m ad arcem ſuorum ſeruandam duce Leopoldo: et Germanis ad eum conglobatis adegit: culpā plebis in Turrianos referēs tyrannidē affectantes. Germani facile credentes: cū Gibellinis magno furore Turrianoſ aggreſſi ſunt. Illi apud plateā beatæ Mariæ nouæ aliq̄ntulum immorati: tandē Guidone ſuadente: cū filiis & uxoribus in fugā uerſi: Vercellas petiere. Ex quoꝝ factiōe triginta interfecti ſunt. quoꝝ quatuor Turriani fuere. Qua re cognita Cremonēſes atqꝫ Cremēſes

Leopoldus Auſtriæ.

Mediolanum capit.

Lombardi Imperatori ſe dederunt.

Corona ferrea.

Tumultus Mediolani

Turriani fugant.

Vercellas petunt.

Gibellini pellantur.

uicarium impoſitū et Gibellinos armis nō ſine cædibus ex
pulerunt. Brixiani quoq; Thebaldum Gibellinū eiecerūt.
Et apud Parmā Rubei pauloante Henrici iuſſu a Giberto

Rubei in exilium.

Corrigia in patriā recepti: exulare iuſſi ſunt. Henricus exer
citum diſperſum congregauit: atq; in Cremonenſes duxit.
Guelfi non expectare auſi: Brixiam cū pueris & uxoribus
migrauere. Cremonēſes deditione facta mitiorem principē

Cremonæ mœnia.

experti ſunt. Cremonæ mœnia euerſa ſunt: et Crema immu
nita. Parmenſes eiectis Guelfis: uicariū Imperatoris accepe
runt. Duxit paulopoſt Hēricus in Brixiam: quæ diu defen
ſa eſt a ſuis & alienis Guelfis. Poſtremo machinis oppug-

Brixia muris ſpoliat̃.

nata: fugientibus in montana Guelfis: dedita eſt: & muris
ſpoliata: Placētini Alberto Scoto Guelforum duce eiecto
uicarium Imperatoris accepere. Veneti requiſitū Imperato
ri nauigium obtulere. Veronenſes Vincentini Paduani &
Taruiſini: miſſos uicarios acceperunt. Varnerius Auſpul-
genſis comes Lombardiæ præfectus eſt cum paucis copiis.

Hēricus Genuā petit.

Hēricus Imperator Amedeo Subaudiæ comite & Piſano
rum Genuenſiūq; oratoribus ſequentibus: per Placentinos
Genuam petiit. Vbi oratores Roberti regis Neapolitani:
& Federici Siculi eum adierūt. Illi ſimulatam: iſti uerā ami
ciciam offerentes. Quibus Henricus ſecundū poſtulata re-

Mareſcallus in Romā-
diolam.

ſpondit. Miſerat Robertus Mareſcallum cum duobus mili
bus equitum in Romandiolā: qui etiam Florentinis auxilio
eſſet & Lucenſibus. Impator claſſe Genuenſiū Piſas uenit:
miſſo terreſtri itinere exercitu: qui Lucenſes miris modis af

Anno. MCCXI. liber
Clementinarū editur.
Tēplarii extinguunt̃.

flictauit. Per hoc tp̄s Anno Milleſimotrecenteſimoundeci
mo Clemens quintus in cōcilio Viennenſi Clementinarū li-
brum edidit. Templarioꝝ religionē funditus extinxit. De
ſubuentione ꝓ terra ſancta irritam prouiſionem fecit. Hen
ricus Ludouicum Subaudienſem: Amedei filium cum quin
gentis equitibus Romam permiſit. Qui apud Stephanum

Columpnam prope Lateranenſe palacium recepit: Vrſinos in ſuſpitionem adduxere. Henricus Viterbiũ ſe contulit: & inde ſummo cũ honore Romã deductus eſt: et per tres cardinales a Clemente miſſos coronatus. Cõuiuio celebrato in quo primores urbis præter Vrſinos interfuere: iuraméta fidelitatis a Romanis exegit: & loca quædam in theatris terriſq; munita: in quibus ſuos collocauit. Sed cum pecuniã a multitudine exigere uellet: commota eſt ciuitas: & omnis utriuſq; factionis populus ad Vrſinos cõfluxit: qui ſe in ſuis domibus prope Tyberim & Adriani pontem cõmunierant. Henricus ſagittarios a Piſanis miſſos a nauibus uocari iuſſit. Venerat Romã Iohannes Roberti regis frater. qui turmas nauales quas ſecum adduxerat: & ſub Auẽtino collocauerat: in ſagittarios Piſanorũ irrumpere iuſſit. Quibus dolo oppreſſis: equitatũ intromiſit urbi propinquum: et in urbem Imperatoré rebellem duxit. Henricus hac de cauſa in Laterano coronatus: cum cõmeatibus careret Tybur migrauit. Et Iohãnes Roberti frater iuſſu Cardinaliũ recedens pacificã urbem reliquit: tertiodecimo die poſtq̃ ceptum fuerat tumultuari. Et expeditis oratoribus Federici Siculi Regis: Peruſium: & deinde Aretiũ uenit. Comitantibuſq; Gibellinis expulſis: occupatiſq; Arni caſtelliſ: obſidionem ad mœnia Florẽtina locauit. Lucẽſes Miniatenſes Senenſes Bononienſes & Ferrarienſes auxilia miſerant: et inerat Roberti equitatuſ. Itaq; nõ eſt intentata oppugnatio: ſed uaſtatus eſt ager. Et deinde ad Boniciũ Imperator cũ exercitu uenit: oppidumq; reſtituit antea deſtructũ: ibiq; hiemauit: ſperãs Florentinos fame laborantes deditionẽ facturos. uaſtauitq; Geminiotẽſium Collenſiũq; & Senenſium agros. Florẽtini nullã aliam ſpem habẽtes: Roberto regi ea lege ſe dederũt: ut exules nullo unq̃ tempe nullaue rõne reduceret. Nec tñ Robertus alia miſit auxilia q̃m prius: Federici Siculi bello

Impr a cardi. coronat

Iuramentũ fidelitatis.

Rebellio tributi.

Tumultus in urbe.

Impr Tybur migrat.

Florentiã obſedit.

Auxilia Florentinorum

Impr Bonicium.

Claſſis Piſana.

agitatus. Qui regnū ex Calabris occupauerat. Et claſſis Pi-
ſana Genuenſiſq̄ parata erat ad damna Roberti. Henricus
Piſas ſe cōtulit: ibiq̄ Robertum citauit tanq̄ reum maieſta
tis. Lucenſes & Miniatenſes magnis affecit cladibus. Profe

Robertus priuat̄ r̄gno

ctus Aretiū: ibi Robertum regno priuauit: q̄uis papa cita
tionem ad locum nō tutum factā damnauerit. Duxit & cō
tra Senenſes. Et cum ægrotare cepiſſet: ad balnea Macereti

Henricus Impr morit̄

ſe tranſtulit. Rediitq̄ male ſanus ad Bonumconuentū: ibiq̄
mortuus eſt. Quem ferunt Florentinoꝝ dolis a monacho p̄
dicatore in eukariſtia intoxicatū. Mors eius Florentinoꝝ et
Roberti Siculi ſalus fuit. Piſani cū Florentinoꝝ Lucenſiūq̄

Piſanorum dn̄s.

odia timerēt: Vguccionem Fagiolanū quaſi dn̄m accepere
Qui ad equitatū ſuum quingentos equites addidit: Hērico

Ager Lucenſis uaſtat̄

militare ſolitos: Lucenſiumq̄ agros miro modo uaſtauit: et
oppida multa abſtulit: pacemq̄ petentibus ea conditōe de
dit: ut dimiſſa agri ſui parte: Gibellinos exules in patriā re-
ducerent. Duxit quoq̄ in Florētinos: magnaſq̄ illis attulit
clades. Sed contendentibus inter ſe Lucanis Guelfis & Gi
bellinis propter bona direpta: reuocatus eſt: ut tumultū Lu
cenſem tolleret. Ingreſſus urbem utranq̄ partē reprehendit

Guelfi Luca effugerūt.

Sed Guelfi nihil tutū a Gibellino duce ſperantes effugerūt.
Gibellini bona eorū diripuere. Ad quam rapinā accurren-
tes Germani: etiā Gibellinos aliquos ſpoliauere. Sic Luca

Luca capitur.

Piſanoꝝ uel potius Fagiolani dominio ſubdita eſt. Florēti-
ni bellum aduerſus Aretinos mouerant: qui Tarlatis adni

Grauinæ comes.

tentibus Fagiolano fauebāt. Rex Robertus Petrū Grauine
comitem germanū ſuum natu minorem in Etruriā miſit: cū
equitatu nō paruo. Inter hæc Philippus rex Franciæ p̄ Car
dinalem ad ſe miſſum a Clemēte ſuaſus: cōuentum apud Pa
riſios habuit. In quo & ipſe cū filiis duobus: Ludouico Na
uarræ rege: & Karolo Valeſii comite: Eduarduſq̄ rex An
gliæ: uoto ſubueniendi Hieroſolimæ rebus emiſſo: crucesig

nati ſunt: quæ uota in irritū cecidere. Clemens autē cum Pe
Clemens morit᷑.
trum Morroneū: qui Celeſtinus fuerat: in numerum beatoꝝ
retuliſſet: uita deceſſit: et ſedis uacatio diuturna fuit. Interea
Sedis uacatio.
Electores imperii in diſcordia duos nominauere. Ludouicū
Bauariæ: & Federicū Auſtriæ duces. Quibus inter ſe præ-
lio cōcurrentibus: Federicus ſuperatus captuſq; eſt. Ludoui
Ludouicuſ Bauarus Federicum capit.
cus ſuperbia elatus: abſq; Romani pōtificis auctoritate Im
peratorem ſe appellauit. Matheū uicecomitē patrem Galea
zium: Marcū: Luchinum: Iohannem: & Stephanū filios ita
fouit: ut ad tyrannidē aſpirauerint. Petrus Grauinæ comes
Guidonem Petramalā epm Aretinum in ſentenciā traxit:
Petramala eps Aretiñ
ut cum Florētinis cōcordaret. Tarlatos Fagiolani amicicia
potentes deprimi poſſe: & urbis tyrannidem ad eū perueni
re. Fœdus ita ictum eſt: ut licet dñi nomen Roberto regi ſit
pmiſſum: epo tamen Petramalæ urbis adminiſtrandæ creā
dorumq; magiſtratuū poteſtas manſerit: & oīa Florenti-
Poteſtas epi.
nis reſtituta ſunt: quæ ſub Henrico amiſerant. Fagiolanus
aūt ad portas uſq; Florentinas excurrebat. Piſtorienſes Mi
niatenſes & Volaterranos infeſtabat. Caſtra ad montē Ca
Mons Catinus.
tinum poſuit: excitatis in circuitu caſtellis. Et mane oppug
nabat oppidū: ſero in Piſtoriēſi agro prædas agebat: & in
alioꝝ territoriis. Interea Philippus princeps Tarētinus fra
trum octo Roberti regis ordine quartus: aliū equitatū Flo-
rentiam duxit. Et Cardinales apud Lugdunū poſt duoꝝ an
norum ſedis uacatōem: Iacobū Caturcenſem: epm Portuen
Sedes uacat biennio.
ſem in pontificem elegerūt: Iohannem uiceſimūſecundū ap
Io. XXII. eligitur.
pellatum. Qui Ludouicum petentē noluit confirmare in Im
perio. Florentini aduentu Philippi elatiores facti: cū Senen
ſibus Miniatenſibus et Volaterranis: obſidionē montis Ca
tini ſoluere cupiētes: Philippo & Petro fratribus exercitū
duxere: caſtraq; Fagiolani caſtris propinqua poſuere. Ille
relictis caſtellis munitis: q̄drato agmine Lucā petere ſtatuit

Victoria de Floreñ.
Mons Catinus capit᷑.
Tumultus Ferrariæ.
De. dela Ratha pellit᷑
Eſtenſes dominant᷑.
Anno. Mcccxviii.
Herius.
Caſtrucius incarcerat᷑.

Recedentem ueluti fugiẽtem rati hoſtes eũ inſecuti ſunt. Cõmiſſum eſt prælíũ atrox & uarium: in quo Petrus regis: & Franciſcus Fagiolani filius dũ acerrime pugnant: cecidere. Vgucio uictoria potitus eſt. Quatuor milia cæſa ſunt: multo plures capti. et mons Catinus deditus eſt. Terruit ea clades admodũ Florentinos: Libenterq́ꝫ Roberti regis excuſſo iugo: alium dñm Florentia recepiſſet: ſiquem illo fortunatiorem inueniſſet. Per hoc tp̃s nobilis quidam adoleſcens de familia Bochinpanũ Ferrarienſi: interfectus eſt a cõmilitone Degi della Ratha Cathalani. In quem nõ uindicantibus magiſtratibus: Raynaldus eiuſdem familiæ accerſitis Erodigio Obizione & Azone Eſtẽſibus: tumultũ excitauit: partemq́ꝫ ciuitatis aggreſſus eſt: quã Cathelani prope pontem munierant. Cathalani eruperũt: et ciues qui munitã tenebãt urbem eã præduxerũt. Eſtenſes cũ globo ſuoꝝ Cathalanoſ aggreſſi ſunt: eoſq́ꝫ in fugam uerterũt. Qui cum nõ poſſent ad munitionẽ redire in ſcaphas ſe cõiecerunt. quæ pondere grauatæ Cathalanoſ immerſere. Degus relicto caſtello Tealdo: Bononiam migrauit. Atq́ꝫ hoc pacto Eſtenſes pleno Ferrarie dñio potiti ſunt. Anno. MCCCXVIII. Per quod tp̃s Piſani fortunã ſuam nõ ferẽtes: Fagiolanũ interficere cõiurarunt. Nec conſiliũ mutauere: q̃uis aliqui publica animaduerſione puniti ſint. Idem quoq́ꝫ animus Lucenſes tenuit quibus Herius Fagiolani filius cũ præſidio equitũ preerat. Caſtrucius adoleſcens familia Caſtracanũ nobili natus: coniuratoꝝ caput erat apud Lucenſes. Quẽ Herius propter p̃dam in Lunenſibus factã coniecit in carcerẽ atq́ꝫ ad ſupplicium educere parabat: cum ſubito tumultus exortus eſt. Ad quẽ compeſcendũ cum Fagiolanus Piſa egreſſus p̱geret: obuium filiũ habuit: qui Luca pulſus: ad patrem confugiebat. Quo narrante Lucenſiũ rebellionẽ: nuncii e Piſa ueniẽtes rebellaſſe Piſanos referũt: & clauſis portis in libertatẽ ſe erex

iſſe. Fagiolanus eadem die duarũ urbium dñio priuatuſ: ad
Malaſpinas Marchiones amicos cõfugiens: ꝑ Lunenſem re
gionem longo circuitu ad ſua Romandiolæ oppida rediẽs
cõſenuit. Filioſq; moriens & nepotes reliquit: qui nr̃a ætate
paternis Saxinatenſis Boiorũ olim agri caſtellis a Florenti
no populo ſunt pulſi. Caſtrucius e carcere eductuſ: tyranni
dem apud Lucanos inuaſit. Et Piſani petitã per legatos pa-
cem a Roberto rege impetrauere. Iohãnes pontifex per Le
gatum Vicecomites Mediolanũ relinquere nolentes: excõi  Vicecõites excõicant
cauit: Ludouicũq; Bauarum apoſtolica monita refugiẽtem  Ludouicus excõicatur
extra eccleſiã fecit. In Lombardia Guelfi & in Genua a Gi
bellinis male tractati ſunt. Sed Genuẽſes Roberti regis ac-
cepto dñio et auxilio impetrato: Gibellinis uicẽ reddidere
Qui Saonã populariter migrauerũt: cũ multæ prius cædes
in circumſtantibus montibus et incendia facta fuiſſent. Ob
ſederant Gibellini Genuã Anno. MCCCXX. & cuniculis  Anno. MCCCXX.
ſubfoderant urbem. Guelfi pari modo in caſtra hoſtilia cu  Bellũ inter Genuenſes
niculos agebãt. Qui ſub terrã ſibi inuicẽ occurrentes: durũ
cõmiſere prælium. Superati Guelfi aquã in cuniculũ dedux  Guelfi ſuperantur.
erunt: quæ hoſtiũ opera inũdauit: incaſſum ceſſura: niſi ſup
poſitus repente ignis pontes cõbuſſiſſet: quibus ad quadra
ginta murorũ urbis cubitis aliq̃diu fuerunt ſuſtentati. Ceci-
dit murus: & Gibellini in urbem irrũpere tentauerunt. Sed
cum multo ſanguine repulſi ſunt. Robertuſ rex uictoria po
titus: Saonam quo Gibellini cõfugerant: nõ ſine ſanguine  Robertus Saonam.
eiectis Gibellinis obtinuit: & in Gallias ſe contulit. Indeq;
ſuadẽte pontifice Karolũ Valeſii comitẽ: regis Franciæ Phi  Karo. Valeſii in Italiã
lippi filiũ in Italiam miſit: qui Guelfis p̄ſidio eſſet: Vercellis
apud Guidonẽ de turre congregatis: qui Vercellarũ domi
nio potitus eſt. Sed breui expulſus eſt. et a Galeazio Vice  Vercelle occupant.
comite: qui iuſſu Bauari eã ciuitatem occupauit. Caſtrucius
Lucenſis tyrannus: & Guido Petramala præſul Aretinus:

Gibellinarũ duces partium Florentinos agitabant: biſq; Ca
ſtrucius Florẽtinoꝝ copias fudit: apud Victolinũ: & apud
Piſtorienſes deficiunt. Fucecium. Et Piſtoriẽſes ſuaſione Philippi Tidicii ciuis ſui
Caſtrucio fœderati ſunt: Florẽtinoꝝ amicicia reiecta. Petra
mala quoq; Vocoianũ oppidum obſidione cepit: Florenti
noꝝ copiis repulſis. Cunq; Florentini aduerſus Caſtrucium
ducere cogitaſſent: Genuenſibus Lucencia littora claſſe uex
Ductor Florentinoꝝ. antibus: ductor Florentinoꝝ externus pecunia corruptus:
Miniatenſes uaſtantur ad Caſtruciũ defecit. Et magna uaſtitas in Miniatẽſibus edi
ta eſt. Et Monoporianus & Caſtruccius Pratenſes inuaſit.
Florẽtini exules rogauere ut auxiliũ ferrent: reditum ꝓmit
tentes: ſi ægregie operã nauarent. Quibuſ ad duo milia fer
me cõuenientibus exercitus eductus eſt. Cunq; Caſtruccius
nõ inueniretur reuerſi in urbem noluerũt exules intromitte
re. Illi furto p noctem ingredi tentauerũt: ſed re ꝓdita in di
uerſa diſſipati ſunt. Guido petramala multa oppida recupe
Ciuitaſcaſtelle ſubigit rauit: quæ de Aretinis Florentini poſſederũt: & Ciuitatẽca
ſtellæ Guelfis eiectis ſubegit. Propter quã rẽ Peruſini epo
Aretino bellũ intulerunt. Et Philippus Tidicius cũ tyran-
nidem Piſtorii retinere nõ poſſet: Caſtruciũ admiſit: qui ar
cem cõmunire curauit. Orati Senenſes Bononienſes Peruſi
ni Miniatenſes Volaterrani: auxilia Florẽtinis miſere. Ray-
mundo Cardonio Hyſpano belli duce mercede conducto
Fueruntq; equites tria milia: pedites uiginti milia. Galeazi
Accius opem tulit. us uero Vicecomes Accium filiũ natu maiorem Caſtrucio
opem ferre iuſſit. Proceſſerũt Florentini: & aliquot oppida
de Caſtrucii poteſtate ceperũt. Qui egreſſus prius ꝙ Acci-
us aduenisſet. ad quas Sextianas cum hoſtibus cõgreſſus:
Florentini interficiunt multos ac meliores de Florẽtinis interfecit: cepitq;. Sed ſau
cius ipe de prælio exceſſit. Manſerunt tñ Florentini in agro
Lucenſi: & deinde ad Fuceciũ receſſere. Caſtruccius intelli-
gens appropinquare Acciũ: cum mille & quingẽtis equiti-

bus Florentinos aſtu ad præliū irritauit: in quo Raymūdus
& filius eius intercepti ſunt: et ōmis Florentinoꝝ exercitus
turpiter fuſus fugatuſq; eſt. Caſtruccius & Accius uictoria Florentini fugantur.
potiti: ſex diebus quieti datis: ad mœnia uſq; Florentina ꝑ
ſpicienda exercitum deduxere: ſecundoq; ab urbe miliario
aliquot diebus conſedere: omniaq; feſtorum gaudia oſten
derunt. Deinde cum undiq; urbem luſtraſſent: ut nemo ex
iret abierunt. Prima hæc Vicecomitum in Florentinos ex-
peditio fuit. Iohannes interim pontifex: multis Cardinali- Multi Cardin. creant̃.
bus creatis: In quis duo tantū Itali fuere: Iohannes Colum-
pna: & alter Iohānes Vrſinus: duos in collegiū ſanctoꝝ re Duo canoniſant̃.
tulit: Thomā Herfordenſem epm: & Thomā Aquinatā
ordinis ꝑdicatoꝝ. Et anno. MCCCXXVIII. Ludouicū Ba Anno. Mcccxxviii.
uarum eccleſiæ rebellem ac ſciſmaticū declarauit. Guidonē
Petramalā poſt occupatā Ciuitatem caſtelli ſacerdotio ex-
auctorauit. Cortonā de dioceſi Aretina ſepauit: et in ciuita Cortona cathedralis.
tem erexit: Iohāne Biordii Vbertino in Cortonenſem epm
declarato. Guido uero Vbertinorū caſtella Laterinū Sabi-
numq; euertit. Raynaldus Obizio & Nicolaus Eſtēſes Fer
rariæ tyranni Argentā Rauennatis eccleſiæ oppidū & alia Argenta oppidū.
multa loca occupauerunt: Aymerici archiepi odio: qui Ro
mandiolam ꝑ eccleſia gubernabat. Paſſerinus etiā Bonaco Paſſerinus Bonacoſa.
ſa: qui fauore Bauari ad tyrannidē Mantuæ aſpirauerat: ſo
rore Eſtenſiū in matrimoniū accepta cum copiis ad eos ac-
ceſſit. q ſimul iuncti Bononiā aggredi ꝑſumpſere. Vbi ab
Heltrando Imolenſi eccleſiæ copiarū duce: maximū accepe
runt incommodū: Excōicatiq; ſunt: & Ferraria interdicta. Ferraria interdicit̃.
Caſtrucius Florentinos ex oppido Signia multis cladibus
affecit. Illi Karolū Roberti filiū per oratores in dn̄m uoca-
uere. Et Caſtrucius Mōtimalo multo labore expugnato: Si
gniam diruit. Iohānes pōtifex Iohānem Vrſinū Cardinalē
in Italiā miſit. Qui Florentiam profectus: Guelfos in ſpem

Bauarus Tridentũ.
Ferrea corona.
Adminiſtratores.
Karolus in Caſtruciũ.
Bauarus Lucam.
Saccon fr̃ Guidonis.
Bauarus coronatur.
Duo uicarii gubernãt.
Petrus antipapa.

erexit. Bauarus cũ magnis copiis ꝓfectus: Tridentũ uenit: et magnis Gibellinoꝝ p̃cibus Mediolanũ petiit: ibiq̃ corona ferrea a Guidone Petramala p̃ſulatus auctoritate p̃ſumpta coronatus eſt. Pecunia egens cũ a populo eã exigeret: & Galeazius id ſuaderet: illũ & filios in carcerem cõiecit: Mediolanẽſibuſq̃ grandi accepta pecunia cõceſſit: ut uigintiquatuor eligerent rei publicæ adminiſtratores: q̃bus ipſe prefectũ addidit: ea geſturũ Im̃piali auctoritate: quæ magiſtratus externi in liberis ciuitatibus exercent. Et cũ in Brixianos duxiſſet: apud Vrcios aliq̃ꝑtulum immoratus: in Etruriam uenit. Karolus interim in Caſtruciũ duxit: et aliqua caſtella de Piſtoriẽſibus expugnauit abſente Caſtrucio: q̃ Bauaro obuiã iuerat. Receptus eſt Bauarus ſummo cũ honore a Lucanis. Piſani diſcordes fuere: & tandem Caſtruccio Guidoneq̃ diuerſo itinere adnitẽtibus eũ admiſerunt. Vbi duobus moratus menſibus: Caſtrucio intercedẽte Galeazium Vicecomitẽ Acciũq̃ & Marcũ filios liberauit. Guido dum domũ rediit: apud Nigrũmontem febre correptus interiit. Fr̃ eius Saccon Aretiũ obtinuit. Bauarus Caſtruccio cũ mille quingentis equitibus comitante: Romã petiit. Vbi Laterani a Stephano Colũpna Sciaire p̃re: iuſſu cleri & populi coronatus eſt. Duo tũc Barones: uicarii Romanoꝝ regis appellati: urbẽ gubernabãt. qui a Romano Senatu creati: annuũ magiſtratũ gerebant. Et aliq̃ꝑdiu unicus fuit: qui p̃ abſentiã alium ſubſtituit. Stephanus tunc hunc magiſtratũ geſſit: & Nicolaũ de Comite aliq̃n̄ ſibi ſubſtituit. Ornatus Imperii corona Bauarus: Petrũ Corbariẽſem ordinis minorum ꝓfeſſorem Reatini agri: in antipapã erexit: ruſticũ hominem: qui uxorẽ habens uiuentẽ renitenteq̃ pſeudo religioſus erat: illiq̃ reuerentiã pontifici debitã præbuit. qui Cardinales et ep̃os adulterinos creauit. Interea Karolus qui ad p̃rem in regnum redierat: Philippũ Carnotẽſem cum mille

equitibus Florentiæ dimiſerat: qui ꝑ hiemem cõgelatis foſſa
rum aquis furto Piſtoriã ingreſſus eſt: eamq; arce occupata karolus Piſtoriã capit
nõ ſine multo ſanguine diripuit atq; obtinuit. Quæ res con
ceptam in Robertũ a Bauaro expeditionem turbauit. Ca-
ſtrucius enim ea re cognita repẽte cũ Vicecomitibus Piſas
Lucãq; uenit: & obſeſſam Piſtoriã fame ad deditõem cõpu Piſtoria recuperatur.
lit. Bauarus Tudertũ & deinde Viterbium petiit. Vbi di-
miſſo antipapa: Piſas repetiit: in Florentiã ducturus. Nec
potuit a Genuenſibus p̄ſuaderi: ut regnũ peteret: quorum
claſſis cõtra Robertũ tardiuſcule parata fuerat: ſimul cũ Si-
cula. Erat enim magna ſpe fretus Florentiæ capiundæ: neq;
deceptus fuiſſet: niſi Caſtrucius morbo cõtracto ex labore Caſtruccii obitus.
migraſſet. Filii eius Arrigus et Galeracius cum p̄ſidia Piſis
imponerent: a Bauaro ꝑ ingratitudinem excluſi ſunt. Idẽq;
Lucæ factũ eſt: quas urbes Bauarus ꝓ Impio retinuit. Per
quod tp̃us Karolus quoq; Roberti filius Florentinoꝝ dñs: Florentiæ dñs morit᷑.
in regno uita deceſſit. Et multi Germani defectu pecuniæ a
Bauaro defecerũt. Milites Caſtruccii apud Piſam ſe cõtinu
ere: ibiq; Galeazius Vicecomes obiit. Accius uero et Mar Accius ad Bauarũ.
cus filii ad Bauarũ confugientes: pecuniã ei magnã ꝓmiſe-
runt: ſi ſe Mediolanum remitteret. Ille indiguus cõmiſit eos
quatuor nobilibus Germanis: qui unũ eoꝝ Accium intro-
ducerent Mediolanum: alio ꝓ obſide retento: & pecuniam
acciperent. Factũ eſt ita. Sed Germani pecunia recepta: in
Almaniã abierunt. Bauarus indignatus: in Lombardiam ſe Bauarus in Lõbardiã.
cõtulit: antipp̃a Piſis relicto. Frater Accii obſes apud Ger
manos in Etruria ꝓ fratre remanſerat. Cum rediiſſet in Lom
bardiã Bauarus: ab Accio ꝓhibitus eſt: ne Mediolanũ in- Acciuſ Bauaꝝ ꝓhibet
traret: pr̃næ iniuriæ memor. Germani uero milites in Etru-
ria Marco Vicecomiti fidem habere cœperũt: eũq; ex obſi
de ducẽ ſibi aſſumpſerũt. qui ꝑ Caſtruccianoꝝ gratiã: arce
Lucenſi obtenta: urbis dñio potitus eſt. Piſtorienſes eiecto

Bauari præſidio pacē cum Florētinis fecere. & reductis ex
**Tarlatus præfectuſ.** ulibus uniti ſunt. Piſani emiſſo Tarlato quē Bauarus relin-
quebat præfecto in libertatē ſe uendicarūt. Et Caſtrucciani
milites Cathinum & Victolinū oppida a Florentinis occu
pata receperūt. Germani uero milites Lucam ꝑ Vicecomi
**Luca uenditᷣ Spinolæ** te obtinentes: eam Spinolæ Genuenſi: Extorriū Genuenſi-
um claſſis ductori uendiderūt. Inter Spinolā & Florentinū
bellum exarſit: quod Spinola cōductis mercede Caſtruccii
militibus ægregie repulit. Florentini tñ Cathinum obtinue
**Bauarus cōfuſus abiit** re. Bauarus in Germaniā cōfuſus abiit. Et antipapa a Boni
facio comite Piſano captus Auinionēq; perductus: et pon
**Antipapa moritᷣ.** tifici dono datus: uitā in carcere ſine ui finiuit. Pontifex aūt
Philippo rege Frāciæ inſtante: generalem ꝓ terra ſancta ex
**Expeditio ꝓ terra ſcā.** peditionem edixit: eccleſiaſticis decimis regni Francie eidē
Philippo ꝓmiſſis: ſibi reliquis reſeruatis. Quæ dū aguntᷣ:
Iohānes Boemiæ rex Henrici Lucenburgenſis filius: ad pō
**Tractatus de recōcili** tificem mittēs: ſequeſtrem ſe obtulit: ut Bauarus eccleſiæ re
**atione Imperatoris.** conciliatus: ius ſuū dimitteret: et Henricus alter ex Bauaria
Imperator crearetᷣ. Quod licet pontifex parū exaudiuerit
Roberti tñ Neapolitani regis animū offendit: qui nullū Im
**Floreñ Lucā obtinent** peratorem creari uoluiſſet: in Italiam tranſiturū. Florentini
Lucā poſſederunt. Sed ab equitibus Iohannis Boemiæ Re
**Bergamum capitur.** gis repulſi ſunt. Qui cū a Brixianis accerſitus Bergamum
ceperat: & Spinolæ duo milia equitū miſerat: qui agrū Flo
rentinum populati ſunt. Cepit quoq; rex Boemiæ Lacinam
Regium & Mutinā: non ægreferente Legato papæ: qui eas
capere nitebatur. Is enim amicicia cū rege inita: Florentinos
cōtra conſuetudinē Bononienſibus infenſos reddidit. Idq;
**Italiæ diuiſio.** uolente papa factum creditur. Mutata eſt Italiæ cōditio: ut
quibus papa et rex Boemiæ amici eſſent: iis Robertus rex
Florentiniq; aduerſarentur: nullo Guelfoꝝ aut Gibellinoꝝ
diſcrimine. Regi Roberto Maſtinuſ Scaliger Veronæ: Phi

lippinus Gonzaga Mãtuæ: Carrarienſes Paduæ: Eſtenſeſq;
Ferrariæ tyranni cõiuncti ſunt. In quos pontifex anathema
promulgauit. Piſtorienſes uero libertate poſtergata: pleno
no dominio Florentinis ſe permiſerũt. Boemus karolo filio — Boemus in Germaniã
in Italiam relicto ꝓ maioribus copiis: in Germaniam pro-
fectus eſt.

## EX LIBRO VICESIMO.

MArchiones Eſtenſes propter Argentã eccleſiæ — Eſtenſes Argentã.
Rauẽnati oblatam excõmunicati: nõ prius op
pidum reddiderũt: q̃ precibus Ferrarienſium
interdictoꝝ fatigati ſunt. Ipſi tñ Eſtenſes Sca-
ligerorum auxilio: caſtꝝ ſancti Felicis Mutinenſis obſidere
perrexerũt. Quod oppidũ Manfredus prius cũ Carpo &
caſtellis uiginti Karolo Boemi regis filio commendauerat.
Karolus Manfreduſq; obſeſſores aggreſſi conflixerunt. O- — Eſtenſes ꝓfligantur.
ctingenti ex hoſtibus interfecti ſunt. Captorũ magnus nu-
merus. Inter quos Nicolaus Eſtenſis Raynaldi Marchionis
frater & plures nobiles fuere. Secundũ hanc uictoriã Lega
tus Bononienſis per cubiculariũ ſuum & Romandiolæ Co
mitem copias cõgregauit: apud Rauennam. In quibus Ga
leottus Malateſta Ariminenſis fuit. Frãciſcus Ordelaphus — Malateſta Ariminẽſis
Forliuienſis. Riccardus Manfredus Fauentinus. Hoſtaſius
Palentenſis Rauennas. qui quatuor prius contra eccleſiam
ſenſerant: & ſub Capitaneatus titulo ſuarum quiq; urbium
tyrannidem inuaſerant. Cũ his copiis Ferraria duobus men
ſibus obſeſſa eſt: & ſuburbiũ ſancti Anthonii captum. Sæ — Ferraria obſidetur.
peq; urbs oppugnata atq; ægregie defenſa. Tandẽ Philip
pinus Gonzaga Mãtuanus: Maſtinus Scaliger Veronenſis
Vbertinus Carraria Patauinus: auxiliares copias miſere:
cum quibus Raynaldus Marchio eruptõe facta exercitum
eccleſiæ diſſipauit: Captuſq; eſt Comes Romandiolæ: & — Exercitus eccleſiæ.
Cubicularius: qui cum Nicolao Eſtenſe: & aliis captiuis

Brixia & Bergamũ.

Mediolañ ager uaſtat̃

Boemus in Germaniã

Legatus pellitur.

Io. XXII. moritur.

Benedictus ſurrogat̃.
Bauarus excõicatur.

permutati ſunt. Malateſtam aũt Hordelaphũ Manfredũ & Polentenſem honeſte habitos ſibiq́ꝫ obligatos cõtra eccleſiam in ſuas ciuitates remiſit. Et inde Bononiã ducẽs: hoſtiliter cuncta populatus eſt. & Bononiã ipam urgere cœpit Rex Boemiæ dũ opem ferre legato cupit: reuocato filio karolo qui Lucã petierat: Brixiæ & Bergami rebellionem accepit: Quas urbes Maſtinus Scaliger deditione ciuiũ occupauerat. Et Accius Vicecomes Papiã ingreſſus: arcẽ oppugnabat. Quã ob cauſam relicto Parmæ filio Papiã profectus: cum munitiones Vicecomitis ſupare nõ poſſet: Mediolanenſem agrũ uaſtauit: uixq́ꝫ Parmã redierat: cũ relatum eſt Aymericũ Caſtruccii filium Lucã amicoꝝ ope recepiſſe. ſed arcem teneri. Propter quã cauſam petentibus ueniã Lucenſibus: & culpã in paucos transferẽtibus: accepta nõ parua pecunia ignouit: Tedioq́ꝫ affectus Italicoꝝ mutationũ in Germaniã ad quietem rediit: Mutinæ & Regio urbibus Germanoꝝ præſidio relicto. Et Parma Petro & Marſilio Rubeis fratribus cõmendata: reditu cũ maioribus copiis ꝓmiſſo. Interea Legatus Bononienſes in rebellionem a Florẽtinis pſuaſos cognoſcens: in arcem ſe cõtulit: & copiæ ſuæ tam in urbe q̃ꝫ in agro male habitæ ſũt. & arx obſeſſa Marchionis & Florentinoꝝ auxiliis. Dedit arcem legatus: et in Auinionẽ reuerſus eſt. Anno Milleſimotrecenteſimotriceſimoquarto. Quo tempore Iohannes uigeſimuſſecundus in Auinione obiit. Et Iacobus ex agro Toloſatium oriundus aſſumptus eſt: Benedictus duodecimus appellatus: qui cenſuras in Bauarũ fulminatas iterauit: & cõfirmauit. Tuncq́ꝫ Scaliger Parmam: Regium Gonzagæ: Mutinam Eſtenſis. Lucam Florentini inter ſe partiti ſunt: Germanos Bohemo militare ſolitos: mercede conducentes. Quorum magnam partem Maſtinus aduerſus Parmam ducere: reliquam Florentinus contra Lucenſes trahere ſtatuit. Germani id

ægretulerũt:& ad Rubeos fratres defecere: Scaligerũ inter ficere polliciti. Quod cum nõ ſucceſſiſſet: Parmã transfuge re. Scaliger obſidione Parmæ intermiſſa: in Vicentinos re duxit exercitũ. Nec Florẽtini auſi ſunt propter hãc defecti onem Lucã obſidere. Quibus cognitis rex Boemiæ Iohan nes: Philippo regi Francoꝝ Lucã dono dedit. Qui Florẽti nis interminatus eſt: mercatoreſ qui ꝑ Franciã agerent luitu ros quicqd ab eis detrimenti Lucẽſes acciperent. Rediit tan dem Maſtinus Parmã a Gonzaga Eſtenſiq; adiutus. Et Flo rentini ſpreto Frãciæ rege Lucã obſedere. Nicolaus Eſtenſis Beatrice Guidonis Gonzagæ filia in matrimoniũ accepta ſoceri copiarũ auxilio: et Raynaldi fr̃is modico equitatu in iuſſus Mutinã cepit. Raynaldus Marchio Argentã combu ſto ponte: in quo plurimi perierunt: ui occupauit. Et Rubei fr̃es ea conditiõe Parmã Scaligero ꝑmiſere: ut Lucã quoq; a Tertio eoꝝ fr̃e ſibi dedendã retineret. Philippinus Gon zaga Regienſem urbẽ ciuibus ultro dedentibus accepit. Et paulopoſt Raynaldus Marchio: & deinde Nicolaus mor tui ſunt. Obicius frater minor Marchionatũ accepit. Maſti nus Scaliger accepta Luca: Parmã quoq; Vbertino Carra ria: ob ciuiũ diſcidia: ꝑmittente: accepit. Veltrenſes etiã Be lunenſeſq; & Cenetẽſes a Boemo ad eum defecere. Creſcen tem tantopere Maſtini potentiã: Florentini (quibus contra fœdera Luca eſſet erepta) ſuſpectã habuere. Veneti quoq; qui unicã incontinenti ciuitatẽ poſſidebant: Taruiſiũ. Gon zaga et Vicecomes illũ timebant. Fœdere igitur inter ſe cõ iuncti ſunt. Ad quod Bononienſes et Marchio Eſtenſis ac ceſſit. Veneti quatuor milia equitum externoꝝ conduxere Et ſagittarios urbanos totidẽ in agro Vicentino congrega uerunt: Petrũq; Rubeũ ſui exercitus ducẽ creauere. quẽ Ma ſtinus interficere q̃ſiuerat: & in ponte Tremulo obſederat Caſtrametati in Paduano Veneti: urbẽ illã male ab Alber

Germani ad Rubeos.

Luca donat͂ regi Frã.

Luca obſidet͂ a Floreñ

Mutina capitur.

Regiũ capitur.

Obicius Eſtenſis.

Veneti Taruiſiũ tm̃.

Quatuor milia equitũ

Pons Tremulus.

138

to Scaligero Maſtini fratre gubernatā obtinere ſperabant:
Vbertino de Scaligero male contento: a quo ciuitas pende
bat. Karolus quoq; Boemus reuerſurus in Italiā ſperabat.

Luchinus Vicecomes.

Et Luchinus Vicecomes qui nuꝑ defuncto nepoti Accio in
Mediolani dñio ſuffectuſ erat. Cū Gonzaga uero Veronā
obſidere parabat: & hi primo caſtrametati ſūt: et Boemus
ſuas urbes recupauit. Maſtinus eruptiōe facta in Vicecomi

Maſtinus Rubeus.

tum caſtra: in quibus & Maſtinus Rubeus fuit: exercitū fu-
dit: multoſq; cepit. Et ea uictoria fretus: ad ſuppetias fratri

Germani equites.

ferendas ꝓfectus eſt. Sed iā Germani equites ad Venetos
defecerant: iter tñ ſuū peregit: copiis ex Vicentinis auctis.
Et ad inferiorē partem urbis ſe collocauit: ut Petro Rubeo

Herba Gualdi.

intercluderet cōmeatum: Vbi herba Gualdi cōtrita infecta
aqua: plurimū detrimenti paſſus eſt. Marſilius in caſtra ad
ffem uenit: et febre correptus Venetiis apud medicos obiit

Brixia obſidetur.

Luchinus Vicecomes Brixiā obſedit: & Vbertinus Carra
ria: initis cū Petro Rubeo fœderibuſ: eū in urbe recepit. Al
bertus Scaliger Venetias ductus ē captiuus. Petrus rubeus
dū montem Silicē oppugnat ſauciatus: Paduā relatus: illic
obiit. Et Luchinus Brixia et paulopoſt Bergamo potitus ē
Venetus Vicenciā obſedit. ſed liberatus metu: Scaligero
pacē petenti dedit: ea lege: ut karolo dimiſſis quæ recupera

Scaligeri terræ.

uerat: & Vicecomiti quæ obtinuerat: ac Carrario Padua:
Veronā Vicēciam Parmā Lucamq; retineret. Moleſta hæc
pax Florentinis fuit Lucā cupientibus. Sed cū miſſis orato-
ribus nihil mutari obtinuiſſent: quieuerūt. Benedictus pon
tifex miſſo legato eccleſiæ partes in Italiā reintegrare anni-
xus eſt: Romaniſq; perſuaſit: ut Senatus magiſtratū: quem

Magſtatus Romæ.

regis nomine diu geſſerant: eccleſiæ nomine reciperent. Et
Stephanus Colūpna in quinquenniū confirmatus: collegas
a populo Romano accepit: annis ſingulis uariatos. Iorda-

Anno. Mcccxxxix.

nuſq; Vrſi filius āno. MCCCXXXIX. Stephani abſentis:

quem pōtifex Auinionē accerſierat:et proprio nomine Senator fuit. Et tertio deinde āno:cū Stephanus iterū in Auinione eſſet: Vrſus Anguillariæ comes collega eius: Franciſcum Petrarchā poeſis laurea in Capitolio inſigniuit. Benedictus pōtifex Luchino Vicecomiti & Iohāni eius germano quē Mediolanenſem archiepum inſtituit: Mediolani & aliarū urbium quæ poſſidebāt: uicariatum auctoritate apoſtolica retinendū conceſſit: Maſtino Veronæ & Vincēciæ: Guilelmino Gonzagæ Mātuæ & Regii: Albertino Carrariæ: Paduæ Obizoni: Eſtenſi Ferrariæ: Mutinæ & Argētæ ſimilem uicariatū attribuit. ſed huic ultimo decē milia auri numū quotānis ſoluēda impoſuit. Benedicto defuncto Clemens. VI. ſuffectuſ: Luchino et Iohāni uicariatū cōfirmauit a ceteris abſtinuit: cum Bauarus Tridentū petēs Italiam intraturus uideret. qui pari modo in multis eccleſiæ terris uicarios Impiali auctoritate cōſtituit. Iohānes de Vico urbis præfectus in Viterbio: Galeottus Malateſta et fres Arimini: in Romādiola Piſani: i marchia Anconitana Antonius Feretranus. Vrbini Nolfus et Galaſſus fres: Callii Alegrettus Clauelluſ: Fabriani Bulgarutius Matelice. Is Meducius ſācti Seuerini: Gētilis Varaneus Camerini: Michael mōtis Milonis: Pangonius Cingoli: Nicolaus Boſtarettus Eſii: Guido Polentēſis Rauennæ: Frāciſcus & Sinibaldus Hordelaſii Foriliuii & Ceſenæ: Iohannes Manfredus Fauenciæ auctoritate Impiali uicariatū accepere. Poſt hæc Baldi & Freſtobaldi Florentiæ nobiles ex urbe deiecti ſunt: & eorū ſupbia palacia ſolo æquata: qui cū magna clientū manu Piſas migrauere. Et Guido Corrigiēſis Philippini Gonzagæ fauoribus Parmæ dñatum conſecutus: ab Accio fratre ſuo Marchionis Eſtenſis auxilio eiectus eſt. Et Scaliger Eſtenſi cōfœderatus: Mantuano bellū intulit: qui amiſſa Parma: Lucam uendere ſtatuit: quam Florentini Piſaniq; cupiebant.

Franciſcus Petrarcha.

Mediolanū Vicecomitibus cōceditur.

Bñdicto Clemens ſextus ſufficitur.

Bauarus in terris eccleſiæ uicarios cōſtituit.

Baldi & Freſtobaldi.

139

Luca Floreñ uendit᷑.

Sed Florentini plus offerenteſ obtinuere: quingenũ ducato rum miliũ ſummã polliciti: pro quibus mercatorũ filios Ferrariam miſſos obſides dedere. Piſani Lucã obſederunt. Sed Florentini cum auxilio Maſtini intromiſſi ſunt. Nec tñ obſidio diſſoluta eſt. Inſtaurauere Florentini copias. Et prælio cõmiſſo: maiorem ꝙ antea unq̃ ſtragem acceperunt. Quare fracti animo: cum Robertus rex nullũ auxilium mitteret Ludouicũ Bauarum ſibi dñm petiere. Sed ille Tridenti manens ulterius tranſire nõ eſt auſus: ꝙuis etiam Luchinus Vicecomes papæ ingratus accerſiret. Neceſſitate igitur cõpulſi quingentis equitibus a Scaligero & Bononienſibus acceptis: ipſi mille quingentos cõduxere: belliq̃ ducem Malateſtam Ariminenſem: cognomento Hungarũ accepere. Quẽ cum magno peditatu ad caſtra hoſtiũ mittentes: cũ pugnãdi copiam nõ inueniret: in agrum Piſanũ neceſſitas diuertere cõpulit: ut ſic Piſani obſidionẽ ſoluerent. Interea Robertus Rex Gualterũ quendam e Galliis Athenarũ ducem appellatum cũ paruo equitatu ad Florentinos miſit. Qui artibus exquiſiti populi gratiã aucupatus: Malateſtam tanq̃m imperitũ belli ducem criminatus eſt: Effecitq̃ ut ipſe copiis præficeret᷑. Lucæ interim qui inerãt Florentini fame laborãtes: ſuã ſalutem pacti: urbem Piſano dedidere. Gualterus ꝑ diuiſionem ciuiũ equitatui atq̃ urbi præfectuſ: plenariũ dominiũ occupauit. Et palacium ingreſſus: priores inde coeteroſq̃ magiſtratus eiecit. Aretini quoq̃ Piſtorienſes et Volaterrani Gualtero ſe dediderũt. Et Accius Corrigiẽſis Parmam urbem Opizoni Eſtenſi poſſidendã tradidit. Et Philippinus Gonzaga bello (ut diximus) ab Eſtẽſi Marchione inuaſus: eũ in agro Regienſi prælio ſuperatũ fugatumq̃ Paduam uſq̃ perſecutus eſt. Opizo uero deſperans Parmam poſſe retinere: eam Luchino Vicecomiti permiſit. Anno. MCCCXLVI. Florentiæ uero cum multæ coniuratiões in

Piſani Lucã obſident.

Bauarus dñs Floreñ.

Malateſta belli dux.

Robertus rex.

Piſani Lucã obtinent.

Gualterus dñs Floreñ

Parma Opizoni dat᷑

anno. MCCCXLVI.

Gualterū fierēt: cōiuratiq; detecti punirent᷑. Poſtremo Angelus Acciaiolus urbis eps: cōuocatis ciuibus ad epum: arma ſumere iuſſit. Tyrannus fœdera cum populo: ſequeſtre epo iniit: ut cū rebus ſuis & copiis ſecurus abiret: decimo tyrannidis menſe: Moxq; ingrata plebs pacē conſecuta: nobilitatem adminiſtratōe: quæ cōmunis erat: priuauit. et multæ in ciuitate ædes direptæ et igne abſumptæ ſunt. Per hæc tpa anni. MCCCXLVII. regnū Neapolitanū turbatum eſt Roberto regi duæ fuerūt neptes ex Karolo filio Florentiæ dn̄o uiuente: patre defuncto: & Karolo Martello Roberti germano Hungariæ regi pauloante mortuo: filius Karolus fuerat. cui uiuente: patre defuncto: ſuperſtites manſerant Ludouicus & Andreas. Moriens igitur hoc tpe Robertus: teſtamento ordinauit: ut Iohāna filia: Andreā conſobrinum ex Hungaria uenientē uirum acciperet. Atq; ita factū eſt. Sed Iohanna ſecordē exoſa uirū: in Aduerſana urbe necari curauit: & alteri cōſobrino nupſit: Ludouico Tarenti principi: olim Philippi filio: quē Roberti fratrē fuiſſe docuimus Conata eſt Iohāna ſcelus ſuū ab ignoratione & perditorū flagicio purgare. Cui Ludouicus epiſtolā in hæc uerba trāſmiſit. Iohāna: inordinata uita ꝓcedens: retentio poteſtatis in regno: neglecta uindicta: et excuſatio ſubſequens: necis uiri tui ꝓbant te fuiſſe participem & cōſortem. Ludouicus rex Hūgariæ multoꝝ precibus agitatus: cū paratiſſimo exercitu Italiā petiit: primoſq; Sulmonenſes reſiſtētes inuenit Quos tamē in poteſtatem redegit. Per hæc tempora anno MCCCXLVII. Romæ mutatus ē modus regiminis: q ſub Clemēte ſexto ceperat cū auctoritate apoſtolica Senatores cōſtituerent᷑. Tūc uero ad Iunii menſis finē: Nicolaus qdā Lurēcii ciuis Romanus & ſcriba i Capitolio publicus: celſo ut uiſum eſt animo pulſis Senatoribus: Capitoliū per arma cepit: Tantuſq; illi coaffuit populi fauor: ut rem quo uellet

Ingrata plebs.

Regnū Neap. turbat᷑.

Iohā uirū necari curat

Epiſtola Ludouici.

Anno. Mcccxlvii.

Nicolaus ſcriba tyrannidem Rome occupat

Tribuni titulus.

Romanā flecteret. Is titulum hūc accepit Nicolaus ſeuerus
et clemens: libertatis pacis iuſticiæꝗ tribunus: ac ſacræ Ro

Admiratio poteſtatis

manæ reipublicæ liberator illuſtris. Admirati ſunt oms Ita
lici: Nec quiſquā fuit potens qui non eū miſerit ſalutatū: fœ
deraꝗ cum eo multi quæſiuerūt. Externæ quoꝗ prouinciæ
Romanā rempublicam reuiuiſcere putauerunt. Sed parum
eius gloria durauit. qui mox ptem populi ſecutus: partem
alterā offendit. Ipſe autē ad ſeptimū menſem ſponte ſua &
omibus ſuis ignaris mutata ueſte Roma per obſcurā noctē

Karolus Boemiæ rex Impr eligitur.

abiens: in Boemiā profectus eſt: ad Karolū Iohannis filiū:
quem multarū linguarū litterarūꝗ peritia ornatum Clemēs
pontifex in cōtumeliam Bauari ab Electoribus in Cæſarem
fecerat declarari. Qui Karolus tribunū ad ſe uenientem &
fœdera (ut creditur) petentem in uinculis cōiecit: Miſſumꝗ

Tribunus dono dat.

Auinionē pontifici dono dedit. Ludouicus autē Hungariæ
rex Sulmone recepto: Apenniū tranſgreſſus: omi regno fa
cile eſt potitus. Iohanna enim & adulter ſuus fuga ſibi con
ſuluerāt Proinciā petentes: relicto ad regni cuſtodiā duce

Comes Grauinæ.

Dirachino comitis Grauinēſis regis Roberti germani filio
Quem Ludouicū repugnare auſum prælio ſuperatum cap
tumꝗ ſupplicio affecit. Sed cū Italia ubiꝗ & potiſſime in

Peſtis in Italia.

regno ſeuiſſima peſte infecta eſſet: Ludouicus relicto præſi
dio in Hungariā tertio menſe reuerſus eſt. Per quod tēpus
mortuo Luchino uicecomite: Iohannes archieps frater eius
uir prudentiſſimus: accepto a pōtifice Mediolani uicariatu
dominiū ſuſcepit. Clemens tribuno in carcerem cōiecto: re

Pōt. curam regni Neapolitani ſuſcepit.

gni Neapolitani curam ſuſcepit: miſſo affine ſuo ex Lemoni
co Guidone Portuenſe Cardinali: qui pacem inter Hunga
rum regem Iohannāꝗ hoc modo cōſtituit: ut Iohāna regi
nali uſa titulo: ad regnū reſtitueretur. Ludouicus Tarentini
principatus titulo ſiue maritus ſiue adulter: apud Iohannā

Annus Iubileus.

uteretur. Et Clemens pontifex Iubileū annum Romanis pe

tentibus cōceſſit. Qui conſenſere Cardinales a pontifice de putari ad reformandū urbis ſtatū. Ad quos ſcribēs Petrar cha cōſulit: ut Senatoreſ ꝑmiſcue ſicut dederit caſus ex ple be & nobilibus: uel potius ex ipa plebe ſummi cōſtituant: Aſſerens ex his qui nobiles dicerētur nōnullos alienigenas eſſe. Senatores tñ declarati ſunt auctoritate apoſtolica: Pe trus Sarra Columpnēſis: et Iohānes de filiis Vrſi. Peſtis ꝑ tres annos in Italia debaccata eſt: ita ut uix decem ex centū hominibus manſerint: & plæraqꝫ loca ꝓrſus derelicta ſunt Vbaldini per id tempus alicubi a Florentinis oppreſſi ſunt Tuncqꝫ Colles & Gemimanū oppida in Florentinoꝝ po teſtatem uenere. Et Iohānes archieps Mediolanenſis nulla motus Iubilei reuerentia: oblatū a Bononienſibuſ dominiū occupauit. Cōmotus Clemens pontifex: Legato in Italiam miſſo: Maſtinū Scaligeꝝ Florētinoſqꝫ in Vicecomitē armaꝛ curauit. Sed mortuo Maſtino: archieps Mediolanenſis Ca nem grandē Maſtini filiū: cunctoſqꝫ Romādiolæ & Etruriæ Gibellinos in ſua fœdera traxit: Miſſoqꝫ Barnabone nepo te Bononiā: unicā eccleſiæ ciuitatē: Imolā expugnari iuſſit. Interim Florentini Piſtorienſes ac Pratenſes aggreſſi armis ſubegerūt. Archieps Iohannem Aulegiū Vicecomitem cū Barbutis quinqꝫ milibus( ſic enim bene armatos uocabāt) equiteſ in Etruriā miſit: q ad mœnia uſqꝫ Florentina uaſtato agro: cū nemo occurreret: in Mugellanū ſe cōtulit. Cuius fa uore Saccon Tarlatus Vicecomiti ſtudens Anglarū de Pe ruſinis ſibi ſubegit. Et Burgū ſancti ſepulchri eccleſiæ oppi dum ad Vicecomitē defecit. Veneti uero bello marittimo claſſem Genuenſiū cōfregere: decē triremibus acceptis. Ad uerſus quos miſſus cū noua claſſe Philippus Auria Nigro pontem afflixit. Chyum inſulā Veneto parentē & oppidū ui cepit. Clemens uero Ludouicū Tarenti principem regni Neapolitani corona donauit et pacē cū Hūgaro renouauit

Vrbis reformatio.
Senatores aucte apo.
Peſtis ingens.
Colles & Gemimanū
Bononia occupatur.
Barbuti bene armati.
Genuenſes ſuperant.
Philippus Auria.

Auinio. dať ecclesiæ. Et a Iohāna regina urbē Auinionenſem quæ ſui patrimonii erat: in uenditioēm accepit: præciiq; diſſolutio pmutata eſt in pecuniā feudi: quā Iohanna pridem coronata ꝓ regno ꝓ miſerat.

Scarparia obſidetur. Augelianus Vicecomes Scarpariā in Mugello obſedit.

Fœdus contra Vicecomitem. Senēſes Aretini Peruſiniq; noua cū Florentinis aduerſus Vicecomitē fœdera inierūt: Piſani cū Vicecomiti cuperent: nihil tñ egere impediētibus. Gambacurtis familia primaria & Florentinoꝝ amica: Saccon Tarlatus multa Peruſinis Aretiniſq; damna intulit. Cortonāq; illis amicā ad Vicecomitē traxit.

Karolus i Italiā uocať. Florentini & ſocii cū fruſtra pontificis auxilia petiuiſſent: Karolum Impatorem in Italiam uocauere.

Bononia ſub cenſu archiepō permittitur. Quod ueritus pontifex: Mediolanenſi archiepō a cenſuris abſoluto: Bononiā ſub cenſu duodecim miliū aureoꝝ pmiſit. Et is mœtu Karoli pacē Florētinis dedit: ea lege: ut Piſani Lucaniq; neq; ipi neq; Florentini aut ſocii inuaderēt. Aretini pr̄na caſtella Sacconi redderent. Cortona in Mediolanenſis ꝓtectione: Burgū ſancti ſepulchri liberū remaneret.

Clementi. VI. Innocencius. VI. ſurrogatur. Et apud Auinionē anno. MCCCLII. mortuo Clementi ſexto: Innocencius ſextus ſurrogatus eſt: ex eadē Lemouicenſi familia. qui p̄latos ad ſuas eccleſias migrare iuſſit: & Legatum in Italiā miſit: Egidiū de gente Karilla Hyſpanū Sabinenſem Cardinalē: uirum uirtute præſtantē.

Federa cōtra Genueñ. Per hæc tp̄a Imperator Cōſtantinopolitanus: rex Aragonū: & Veneti cōtra Genuenſes fœdera inierūt. Impator quatuordecim: Veneti quadraginta: Cathelani triginta triremeſ armauere. Genuenſes p̄fecto Pagano Auria ſexaginta.

Pugnæ locus. Pugnatum eſt inter Cōſtantinopolim & Calcedonē: flante uiolentiſſimo auſtro a ueſpera uſq; ad ſequentē diem hiemali tp̄e. Venetis a Gallipoli ſoluentibus uento adnutiſ: alias admicis.

Veneti ſuperanť. Genuenſes cōtra uentum: cōtra mare: cōtra hoſtes potentiſſimos uictoria potiti ſunt. Græci fugerūt. Veneti et Cathelani magnam cædē perpeſſi ſunt: p̄fecto Cathelanoꝝ occiſo. Rurſus

anno ſeq̄ti Veneti Cathelaniqꝫ Genuenſes apud Corſicā
aggreſſi: unam et quadraginta captas hoſtiū triremes: uiris
ut erant armatis plenas dimerſerūt: Nicolao Piſano Vene-
tæ claſſis præfecto. Qua clade accepta Genuenſes: Iohanni
archiepo Mediolanenſi ſe ſuaqꝫ ꝓmiſerunt: qui bellū aduer
ſus Venetos ſuſcepit. Ad quos Patauini Veronenſes Man
tuani Ferrarienſes & Florentini facta ſocietate: auxilia miſe
runt anno. MCCCLIIII. Quo anno Nicolaus Piſanus Ve- Anno. MCCCLIIII.
netæ claſſis præfectus: apud Sapientiā Pelopōneſſi ꝓmon
toriū a Pagano Aurio ſupatus captuſqꝫ cū milibus quinqꝫ
Genuā in carcerem eſt perductus. Et Karolus Impator Pa-
duam uenit copias expectans. Et anno ſequenti Iohānes ar
chiepus diem obiit: Nepotibuſqꝫ ex Luchino fratre Berna- Archieps obiit.
boni et Galeazio dominatus ubiqꝫ ſaluus preterq̄ Genuæ
māſit. Qui prius q̄ Genua rebellaret: inter Venetos et Ge
nuenſes pacem cōpoſuerant. Per quod tp̄us CaloIohannes
Cōſtantinopolitanus Impator in patriā rediit: pulſo per ar
ma Catacuſino Imperii occupatore. Eſtqꝫ id actum Frāciſci
Gatheluſii Genuenſis triremiū auxilio. Quā ob rem Impe
rator Leſbo inſula: quæ & Mytilene dicta eſt: illū donauit
In cuius nepotū poteſtate: nunc etiā durat. Karolus Impera
tor ducēte Guidone Gonzaga: Mantuā ſe contulit. Romæ
Iohannes Vrſinus & Petrus Colūpnenſis Senatores a Frā
ciſco Baroncello p arma deturbati ſunt. Qui tribunatū in-
uadens: hunc titulū uſurpauit. Frāciſcus Baroncellus ſcriba
Senatus: dei gratia almæ urbis tribunus ſecūdus: ac Roma Titulus Tribuni.
nus cōſul. Ad cuius furorem repercutiendū: pontifex Inno
cencius Nicolaum Laurencii: carcere Auinionenſi liberatū:
ad ſuum reſtituit tribunatū. Cui Romā cum ampla cōmiſſi
a pontifice magiſtratus auctoritate uenienti: fauoreſ a nobi
litate: et eā ſecuta plebis parte impenſi ſunt. Et deiectus Ca
pitolio per arma Baroncellus: in carcereqꝫ coniectus: poſt Barōcellus incarcerat

uariāte inter utroſq; populi fauore eductus ac cōfoſſus eſt.
Nicolaus immemor ſe illū fuiſſe qui primo tribunatu in tan
tam de ſe orbem olim Romanū adduxiſſet expectatiōem:

Nicolai inſania.

mira incepit inſania debaccari. nobilitatē nanq; edicto pel-
lere exorſus: Columpnēſes primo ad portā Equilinam: nūc
ſancti Laurencii: cū clientibus exeuntes: & in Campaniā mi
graturos plebeioꝝ ſtipatus turma impetiit. Cōſertoq; p̄lio
Iohannem Stephani ſenioris filiū duoſq; nepotes cōfodit.
Sed tumultu exorto multis cōcurrentibus in fauorē Colum
pnenſium repulſus: cū in Capitoliū ſe saluū recepiſſet: obſi
deri timens: mutata ueſte fuga ꝓlapſus: ad infimas cliui Ca
pitolini radices ab occurrētibus ciuibus cognitus: laceratus

Tribunus lacerat᷑.

eſt potius ꝙ cōfoſſus. Hic finis tribuni fuit. Deinde Guido
Iordanis aucte apoſtolica ſolus Senator fuit. Et deinde duo

Senatores creantur.

creati ſunt. Karolus Imꝑator Mediolanū ueniens: ferreā co

Impr ferream coronā.

ronā accepit: a Vicecomitibus benigne acceptus. Piſas de-
latus utriuſq; ꝑtis factioſos a quibus introductus fuerat pa
ri ingratitudine depreſſit. Senenſes Volaterrani et Miniatē
ſes abſq; ullo fœdere ſeſe illi ꝑmiſerunt. Neq; Florentini Im
perium detrectaſſent: niſi pecunia illi carior ꝙ imperium fu
iſſet. Coronatus eſt Romæ Karolus a duobuſ Cardinalibus

Karolus coronat᷑ a duobus Cardinalibus.

ea de cauſa in Italiā miſſis: cōditione adiecta: ut nec Romæ
nec in Italia moraretur. Quo in Germaniā reuerſo: Egidius
Legatus oīa de Romādiola Picenoq; ſeu Marchia Anco
nitana & p̄rimonio ſancti Petri: quæ tyrānos Bauaro inſti
gante diximus inuaſiſſe: paucis admodū exceptis: pauloan
te receperat. Quoꝝ uicariatū facientibus imperata poſſeſſo-
ribus cōceſſit: ſicut Galeottus Malateſta: & Guido Polen-
tenſis in Romandiola: & Vatanenſis in Marchia. Frāciſcus

Rebelles eccleſiæ.

& Sinibaldus fr̄es Ordelaphi rebelles fuere: quos duorum
annoꝝ obſidione Forliuio Foroq; Pompilio ac Ceſena ur-
bibus caſtelliſq; oīmibus deturbauit: potuiſſentq; cōſeruari

ꝑte dimiſſa dominii fauore Iacobi Cardinalis Colũpnenſis
Sed totũ potius perdere: ꝗ̃ partem dimittere uoluerũt. Di
lexit poſtea Cardinalis Egidius Forũliuii: ibiq̃ pecunias de
poſuit: ex Auinione miſſas: ex q̃bus arces eccleſiæ ædifica‑
uit. Hic etiã conſtitutiões edidit quibus ꝓuinciæ hodie utũ
tur. Ad annũ quintum ſucceſſorẽ habuit Egidius Arduinũ
Burgundionẽ abbatem Ciſtercienſem minime parẽ Egidio
Italia egreſſo. Vicecomites caput extulerũt. Iohãnes Aule
gianus qui cũ milibus quinq̃ Barbutis Etruriã intrauerat:
pace ab archiep̃o Etruſcis data: Bononiã acceperat guber‑
nandam. Quẽ Barnabos et Galeazius fratres paſſi fuerant
Im̃patoris & Egidii mœtu armis inſtructã urbem cõſerua‑
re. Vt uero mœtus receſſit: Barnabos ab Aulegiano peti‑
tam Bononiã prius ꝗ̃ ille potuerit reſpondere armis ingreſ
ſus eſt. Aulegianus etſi primo reſtitit inſultu: ſuas tam̃ meti
tus uires & imparẽ ſe cognoſcens: cũ abbate Clunacenſi pa
ctus eſt: ut Bononia tradita: Firmanã ipſe urbem Piceni ac
ciperet: uicariatu perpetuo poſſidendã. Propter quam rem
inter abbatẽ & Barnabouem magno nixu bellatũ eſt. Per
hoc tp̃s propter portoria nouũ inter Florẽtinos Piſanoſq̃
bellum ortũ eſt. Qui quatuor milibus Anglicis mercede cõ
ductis: additis peditibus: uſq̃ ad portas Florentiæ popula
ti ſunt. Et cũ nemo ꝓdiret: in ſup̃iorem arui uallẽ Figino ex
pugnato: multa caſtella ſupra et infra Florentiã occupauere
Mugellanos etiã uexantes. Nec Pãdulphus Malateſta Ari
minenſis Florẽtini ductor exercitus occurrere auſus eſt: quẽ
paucitas copiarũ contemptibilem fecerat. Piſani ad autum
num præda ditatũ exercitũ cum lætitia reduxere. Sequenti
æſtate Piſani tribus milibus Germanis equitibus aucti: ma
iora Florentinis damna intulerũt: inter Feſulas & Florentiã
om̃ia cõburentes. & p̃iter quicquid ad Aretiũ uergit ac Pi
ſtorium uaſtatũ eſt. Quibus cũ Pãdulphus impar eſſet: nec

Coſtitutões ꝓuinciarũ

Burgundiæ abbas.

Aulegianus in Etruriã

Barnabos Bononiã.

Bononia Legato dat᷑.

Bellũ inter Flor᷑ et Piſ.

Figinũ expugnatur.

Tribus. M. Germanis

Vaſtitas Piſanoꝝ.

cõgrederetur hoſti: et a populo Florentino maledicta pate
Florentia oppugnat᷑.
retur: impetrato receſſu domũ abiit. Et Florentia a Piſanis
nõ tam ſpe capiundæ urbiſ: q̃ inferendæ cõtumeliæ oppug
nata eſt. & deniq; uictor exercitus p̃da ditatus: in patriã re
ductus eſt. Interea Vicecomes Barnabos Bononiã bello
Regia obſidetur.
agitatã pluribus oppidis ſpoliauit: Regiãq; magna preſſit
obſidione. Sed Gonzaga & Legatus apoſtolicus et Canis
Veronẽſis & Nicolaus Eſtẽſis exercitu cõgregato in Brixi
am duxere: a quibus Barnabos: Regia & Bononia dimiſſa
dũ ſubuenire Brixianis cõtendit: apud Clarũcampum mag
Barnabos ſupatur.
no p̃ſidio ſupatus eſt: et cũ paucis Brixiã ſe cõtulit: eãq; de
fendit. Tertia æſtate Angloꝝ ac Italicorũ mercede a Piſa-
nis conductoꝝ: magnã partem Florẽtini pecunia auerterãt
Iohãnes Haucut.
Vnicuſq; Piſanis Iohannes Haucut: cũ equitibus mille An
glicis & paucis Italis remanſit. Nec tñ pfuge Florentino ſti
pendia fecere: ſed alias regiones petiere. Florẽtini aũt Gale
Malateſta Floreñ dux
ottum Malateſtã ætate grandiuſculũ: ſed rei militaris ſcien-
tiſſimum mercede conduxere. Sub cuius ductu Piſani p̃lio
Piſani uincuntur.
uicti ſunt: quoꝝ mille ad oſtentationem Florentiã curribus
importati ſunt. Piſani defectionem militũ in Gambacurtas
retulerũt: qui pecunias reipublicæ ſubtractas militibus non
pſoluiſſent. Atq; idcirco Iohãnes Aguellus partium Gam
bacurtis aduerſantiũ princeps: ab exilio reductus: in ãnm
ẽ aſſumptus: Barnaboui amicus: ſub quo militauerat. Inno-
Innoceñ. pacẽ cõpoſu it inter Floreñ & Piſa.
cencius ſextus p legatos pacẽ inter Florentinos & Piſanos
cõpoſuit. Iohãnes Haucut Piſanoꝝ ſtipendio dimiſſus An
glicos p eccleſiæ terras diſperſos collegit. Et in Tudertinis
Vrbeuetaniſq; & Aretinis non paruũ coegit exercitũ. Ro
mani uero q Senatores ex nobilitate ſelectoſ a pontifice cõ
firmari petere ſolebant: cũ concordare nõ poſſent in duos:
Ro. unũ Senatorem eli gunt.
unũ elegerunt: Iohannẽ de Comite. Per quam diſcordiã ob
tinuit Innocencius: ut Senatorẽ ipe externũ mitteret. Et ãno

MCCCLIX. Raymundus de gente Ptolomea Senenſis pri mus externoꝝ Senatoꝝ Romæ munus geſſit per annũ. & poſt eũ Ludouicus de Rotha Piſanus. Et Hungarus Saxo ferratenſis: ſemeſtrẽ uterq; Senatũ habuit. Et poſtea Tho mas Spoletanus annũ geſſit. Ad cuius anni finẽ exorto tu multu: creati ſunt ſeptẽ reipublicæ reformatores: q̄ Senatus ptãtem geſſerũt. Ad quos deponendos Innocencius Vgo nem Luſignaneũ Cypri regẽ ab expeditione in Turcos du cta reuerſum: & maiora a xp̄ianis p̄ſidia expectantẽ Sena torem miſit. & poſt eũ Paulus Argenti comes capelli Spo letanus Senatorẽ geſſit. Quo tp̄e Innocencius mortuus eſt: Cardinaleſq; Guilelmũ Griſant Lemonicenſem ſancti Vi ctoris Maſſilienſis abbatẽ: tunc apud Vicecomites in Italia Legatũ in pontificẽ elegerunt: Vrbanũ. V. appellatũ. q̄ Car dinalem Egidiũ illico in Italiã Legatũ remiſit. Egidius in Ita liam ueniens: Canẽgrandem: Ludouicũ Gonzagã: Nicolaũ Eſtẽſem: & Franciſcũ Carrariũ ad eccleſiæ fœdera cõtra Vi cecomites traxit. Qui om̄es aduerſus Barnabouẽ Regiũ de Mantuano: et Mutinã de Ferrarienſe agitantẽ bellũ gerebãt Acciditq; tũc Barnabouẽ ſuperari: multoſq; ſuoꝝ capi. In quis fuerũt Ludouicus Vicecomeſ: Barnabouis ipius ex Pe lice filius: Andreas Pepulus Bononia exul: Sinibaldus Or delaphus: Paulus Mirandulanus. Guido Folianeus: Azo Corrigieſis: Guilelmus Caualcabos Cremoneſis: et ip̄e Bar nabos manũ ſaucius aufugit. Ad Egidiũ uero Ceſenæ manẽ tem: Francoꝝ Angliæ et Cypri regũ oratores uenerunt: pa cem Vicecomitibus petenteſ. quæ uocatis bello ſociis cõſti tuta eſt. Cũ Iohannes Haucut Vicecomitibus militans Flo rentinoꝝ copias apud Miniate oppidũ ꝓfligaſſet: aduerſus quẽ Egidius quod ex pacis federe poterat: Obicionẽ Tho mam peritũ belli ducẽ: cum tribus equitũ milibus miſit. Pu gnatũ eſt in finibuſ agroꝝ Aretii et Cortonæ dubio marte

Anno. MCCCLIX.

Septẽ reformatores.

Innocencius morit̃.

Vrbanus. V. ſufficit̃.

Fœdus cõtra Viceco.

Oratores ad Egidium

Haucut ſuperatur.
quatuor horis: uicitq; Thomas peditatu adnitēte: ita ut ex
ſex milibus equitū Anglico militantiū pauci euaſerint: et ip
ſe Iohannes p deditionem in poteſtatē uenerit. Cuius rei fa
ma oēs qui rebellauerant: ad eccleſiæ obedientiā rediere.
Vrbanus in Italiā.
Et Vrbanus pōtifex ad quartū ſui pontificatus annū in Ita-
liam uenit. Ad quem Corneti de itinere agentē Egidius ad
iit. Et aſſignatis oībus quæ petierat: legatiōe liberatus eſt
Qui cū pontificem in Lateranū uſq; deduxiſſet: Viterbium
Egidii Cardina. mors.
reuerſus: tertio menſe obiit. Et Aſiſii ſepultus eſt in eccleſia
beati Franciſci: ſepulchro quod ſibiipſi uiuens extruxerat.
Septē reformatores.
Poſt aliquos Senatores externos: iterū ſeptem reformato-
res creati Romæ: ad aduentū uſq; Vrbani magiſtratū geſſe
āno. MCCCLXVIII.
rant. Venit aūt ad Vrbanū Romæ agentē anno Milleſimo
Karolus Romā uenit.
trecēteſimoſexageſimooctauo Karolus Impator cū uxore
& filiis p Paduam et Bononiā. Et dum Piſis ageret: Lucam
Piſanis: & Niniatem Florentinis rebelles in deditionem p̄
Imperio accepit: pecuniāq; a Florentinis extorſit: & tertio
Capita apoſtolorū.
menſe Italia exceſſit. Vrbanuſ perquiſita apoſtolorū capita
inuenit: & in Lateranēſi eccleſia Locello cōdidit: argento &
Palacia cōſtruuntur.
auro ornata. Palacia in Vrbeueteri: & in Monteſaliſco ma
gnifica cōſtrui curauit: in quibus p æſtatem habitaret. Iohā
Haucut Anglis pficit.
nem Haucut ex carcere dimiſſum Anglicis copiis præfecit
q̄s Egidius cōſeruarat: Bononiæq; reliquit ſub Legato Ro-
Vrbanus morit.
mandiolæ: & in Galliā reuerſuſ: apud Maſſiliā interiit. Car
dinales aūt continuato more pridē inchoato: Petrū Belfor
Gregorius. XI. eligit.
tis Lemonicenſem: in Gregoriū pontificem undecimū crea-
Senator ſemeſtris.
runt. Romæ uero Senator: ſingulo ſemeſtri a pōtifice datuſ
ius dicebat. Et urbis cuſtodiæ totiuſq; adminiſtratiōis curā
Banderiſii.
Banderiſii gerebant: a uexillis Germano uerbo ſic nūcupa
ti. Singulæ enim decuriæ eo ſuo internoſcebantur ſigno. In
Lombardia uero iterū bello ſocii cōtra Vicecomites q Re-
gium obtinebant: bellū innouauere. Regiūq; per p̄ditionē

Lucius Theutonicus eoꝝ ductor accepit arce excepta. Sed a Barnaboue expulſus eſt: pecunia(ut creditur)corruptus. Perinus rex Cypri Petro patri ſuffectus: dū coronatiōis ſolennia cęlebrat: apud Famaguſtam Genuēſiſq̃ Venetuſq̃ Baiolus: ad dexterā locari contendit: in pompaq̃ ducitur Venetis fauet. Et Genuenſes deturbati cōuiuio: uerberibus ac cædibus afflicti ſunt. Sed anno Milleſimotrecēteſimoſeptuageſimotertio Petrus Fregoſus Dominici Fregoſis ducis Genuæ frater: quadragintatriū triremium educta claſſe: Cyprū inuaſit: cū quatuordecim milibus hominū. Rex ad miſericordiā confugit: & dedita Famaguſta: quadraginta auri milia tributum ꝓmiſit. Legatus aūt in Italiam ueniens: cum Barnaboue biennales inducias fecit. Ad quorū finem cum Peruſini tumultuaſſent: cōpoſiti ſunt. Et Vbaldini toto Apennino in Etruriā uerſo deturbati. Et Pratenſes Florētinorum excutere iugum cū Legato Bononiæ quæſiuerunt: cuius copias in Etruriā per aliam ſimulatiōem miſſas: Florētini pecunia corruperunt. Et cōiuratione detecta Pratenſes aliqui ſupplicio affecti ſunt. Nec cōtenta Florentinorum ſuperbia: uexilla permulta in quis libertatis uocabulum aureis litteris pictum erat: pluribus cohortibus diſtributa in terras eccleſiæ tranſmiſerunt: populis ac tyrannis ſuadenteſ: ut in libertatem ſe uendicarent: eccleſiæ iugum abiicientes. Primi Tifernatas ab eccleſiā expulſo pſidio deſciuerūt. Secuti ſunt Peruſini Tudertini Spoletini Eugubini et Viterbiēſes Picēteſq̃ quorū primi Aſtulani: & in Romādiola Forliuiēſes. Aſtorgius Māfreduſ(cuius genitor ſub Bauaro tyrānidem guſtauerat)Granaridū ꝓditione cepit. Ad quē opprimendū Legatus e Bononia Iohannē Haucut miſit. Sed Florentini Aſtorgiū tutati ſūt. Et Bononiēſes excluſo Haucut in libertatē ſe erexerūt. Haucut uero Fauenciā in rebellionē

Perinus rex Cypri.

āno. MCCCLXXIII.

Cyprum inuaditur.

Vbaldini deturbanť.

Florētinoꝝ uocabulū.

Libertatē ſuadent.

Bononieñ in libertatē

ꝓcliuem ingreſſus crudeliter diripuit: ita ut ſoli fugientes ui
tam cõſeruauerint. Nicolaus & Albertus Eſtenſes ꝓ uigin

Fauencia emitur.

ti milibus aureis Fauenciã coemerunt ab Haucut: q̃ ſibi Ba
gnacauallũ retinuit: in quo ſua impedimẽta collocauit. Gre
gorius pontifex his cognitis: Cardinalem Gebbenẽſem Le

Legatus cũ ſex milibuſ equitũ Britanoꝝ.

gatum cũ ſex milibus equitum Britanoꝝ in Italiã miſit. qui
per Taurinos ingreſſi: ad Bononiæ portas cõſederunt: nõ
tñ agrum uaſtantes: nihil ꝓficientes: cum Florentini Rodul
phum Varaneũ cum copiis ad Bononiẽſes miſiſſent. Lega-
tus Ceſenã in hiberna conceſſit: In qua urbe Ceſenates in tu

Ceſenates ſexcẽtoſ Britones interfecere.

multum excitati: ſexcentos Britones interfecere: cœteroſ ur
be eiecerũt. Sed Legatus p arcem eos introduxit ad iniuriã
uindicandam. Qui cædibus ac rapinis o͞mia fedantes: ſolis
ſpecioſis fœminiſ ad libidinẽ retentiſ: reliquã multitudinem
cõuicio affectam deturbauere. Foroliuiẽſes ad prima oſten
ſa per Florentinos libertatis ſigna: Sinibaldũ Ceccum Pinũ
Iohannem Thebaldũq; Ordelaphos in dñm accerſiuerãt.

Gregorius pontifex.

Gregorius pontifex (qui Baldi Iurecõſulti Peruſie cõſultor
fuerat) ſuum in Italiã reditum perneceſſariũ iudicauit. Ad
quã rem multũ ea traxere uerba cuiuſdam epi: qui monituſ

Verba epi ad ponti.

ad eccleſiã ſuam redire familiaritatis cõfidentia. Et tu inquit
pater ſancte: cur non tuã eccleſiã petis? Paratis igit̃ in Rho
dano una & uiginti triremibus: aliã rem ſimulans: ꝓfectio
nem aggreſſus: Genuã primo: et deinde Cornetũ: ac poſtre

ãno. MCCCLXXVI. pontifex Romã uenit.

mo Romã terreſtri itinere Ianuario puenit anno Milleſimo
trecenteſimoſeptuageſimoſexto: põtificatus ſui ſeptimo: et
relegatiõis in Gallias Romanæ curiæ ſeptuageſimo. Obtu

Florẽtini pacẽ reſpuerũt

lit pontifex Florentinis pacẽ: ſed illi eã reſpuerũt. & ad Bar
nabouem antiquũ hoſtẽ: qui potentiã pontificis ſuſpectam

Io. Haucut corrũpitur

hẽbat: ſe cõuertenteſ: Iohannẽ Haucut pecunia corruptũ in
ſuas ptes traxerũt Bagnacaualli manentẽ. Quo ſucceſſu elati

Florẽtinoꝝ cõtumacia

anathema et interdictũ contẽpſere: ſacerdotibus ui adactis

celebrat̃. Pontifex uero Varaneo pari arte ad ſe tracto: du
os mille Britones ducēdos attribuit: & Bononiēſes urbem
in ſua et eccleſiæ obedientia adminiſtrare ꝑmiſſos: ſibi coci
liauit. Per hoc tp̄s maximū inter Genuēſes & Venetos bel
lum exortū eſt. Calo Iohannē Conſtātinopolitanū Imꝑato
Filius p̄rem deturbat.
rem Andronicus filius Genuenſiū auxilio: ꝗbus Tenedon
inſulā ꝓmiſerat: Imꝑio deturbauit. Veneti p̄rem ꝑ arma in
patriā reduxerunt: a quo Tenedon inſulā acceperunt: nō ſi
ne magna Genuenſiū indignatōe. Non tñ ſtatim arma ſum
pſerunt: cum excōicati a pontifice propter cōionem Floren
Genuenſes excōicati.
tinoꝝ ubiq; a ſacris pellerent̃: et Genua interdicta eſſet. In
terea Gregorio mortuo: cū Cardinales in cōclaui de ſucceſ-
Gregorius moritur.
ſore agerent: clamātibus Romanis: Romanū aut Italicū eli-
gendū eſſe pontificē: diſſenſio orta ē. Gallici enim numero
Diſſenſio in electione.
tredecim: unū ex corpe ſuo capiebāt. et unus ex q̄tuor Itali
cis gente Vrſinus papatū ambiebat. Tulit uero caſuſ Galli
coꝝ ꝑtem ob Lemonicenſiū ex ipis inuidiā: qui papatū diu
cōtinuerant: : ita Italicis cōſentire: ut Bartolomeū Barēſem
